peratoris. Anno dñi. Dcccc. x.

w Indichinus monachus corbeienſ in ſaxonia
ordinis ſancti benedicti. vir in diuinis ſcrip-
turis doctus. et in ſecularibus lr̃is eruditiſſi-
mus: ingenio ꝓmptus et clarus eloquio. me-
tro excellens et proſa: ſcripſit vtroqȝ ſtilo multa preclara
volumina: quibȝ nomen ſuũ poſteritati cõſecrauit. E qui-
bus ego tantũ reꝑperi ſubiecta. Ad mechtildam filiã ot-
tonis primi de geſtis ſaxonũ. li. iij. Ad eandẽ geſta otto-
nis primi li. i. Sermones ad fratres li. i. Epl'aꝝ ad diuer-
ſos li. i. Uitã diui pauli primi heremite ꝓſaice et metrice
li. ij. Paſſionẽ quoqȝ tecle virginis ſil'r metrice li. i. Epi-
grãmaton li. i. Alia inſuꝑ multa ſcripſiſſe dicitur: que ad
noticiã meã non venerunt. Claruit temporibus ottonis
imperatoris primi. Anno dñi. Dcccc. l.

r Oſuida monaſterij gandeſhemenſ in ſaxo-
nia ſanctimonialis virgo nobilis. ordinis di-
ui patris benedicti. in diuinis ſcripturis ſtu-
dioſa et erudita. ſeculariumqȝ lr̃aꝝ diſciplinis
probe imbuta: ingenio p̃ſtans et clara eloquio: nec mi-
nus cõuerſatione q̃ꝫ erudicõne inſignis: ſcripſit tã metro
q̃ꝫ proſa multa p̃clara opuſcula: quibȝ ( ſexũ ingenio ſu-
perans ) nomen ſuũ cũ ingenti gloria trãſmiſit ad poſte-
ros. Ex his ego legi ſubiecta. Ad gerbergã abbatiſſam
heroico carmine de vita et cõuerſatione intemerate dei ge-
nitricis et virginis marie li. i. De aſcenſione dñi eodẽ car-
mine li. i. Item de ſancto gingolfo li. i. De paſſione ſancti
pelagij martyris his temporibȝ in corduba paſſi. li. i. De
lapſu theophili vicedñi et eius penitentia li. i. De lapſu
cuiuſdã iuuenis ꝑ ſanctũ baſilium cõuerſi li. i. De paſſio-

ne ſancti dionyſij epi et martyris.li.i.De paſſione ſancte agnetis virginis li.i.Om̄ia p̄dicta elegāti carmine cōpo-ſuit.Scripſit p̄terea ſex comedias ſtilo imitata terenciū. quaꝝ prima inſcribit̄.cōuerſio gallicani principis: paſſionē includens iohannis et pauli martyrū.Secūda eſt de paſſione agapis.chionie.et hirene virginū.Tercia de re-ſuſcitatione calymachi et druſiane per ſanctū iohannem. Quarta de lapſu et cōuerſione marie neptis abrahe he-remite.Quinta inſcribitur conuerſio thayde meretricis. Sexta vero paſſionē recitat ſanctaꝝ virginū.fidei.ſpei.et charitatis.Scripſit etiā metrice geſta ottonis imperatoris primi li.i.Epigrāmatum diuerſoꝝ li.i.Et quaſdā nō inelegantes ep̄las.Cetera que compoſuit ad noticiā nr̄e lectionis nō venerūt.Claruit temporibꝫ ottonis primi et ſecūdi clariſſimoꝝ imperatoꝝ. Anno dn̄i.Dcccc.lxx.

Maragdus abbas monaſterij ſancti michae-
s lis in ſaxonia ordinis diui patris benedicti.
vir in diuinis ſcripturis valde eruditus. et ſe-
cularū lr̄aꝝ nō ignarus. ingenio acutus. ſermone compoſitus.vita et cōuerſatione deuotus: et regularis diſcipline moderator celeberrimus. in exponendis ſcripturis ſanctis nomen ſuum longe lateqꝫ innotuit: et magnā erudicōnis famam obtinuit.Scripſit eni̅ multa p̄clara volumina: de quibꝫ extāt ſubiecta. In regulā ſanctiſſimi patris noſtri benedicti.li.i.In totū pſalteriū.li.i. In ep̄las et euāgelia ꝑ circulū anni li.ij.Sermones ad fratres et alios li.i.Opus quoqꝫ inſigne de virtutibꝫ: qd̄ p̄notauit diadema monachoꝝ li.i.Sup̱ donato maiore cōmentū fecit non abijciendū.Alia quoqꝫ multa tam in diuinis q̄ꝫ in ſecularibus ſcripturis volumina ſcripſiſſe dicitur: que ad manus noſtras nō venerūt.

Adulphus monachus cenobij fuldenſ ordi-
r nis diui patris benedicti herbipolenſ dioceſ
vir in diuinis ſcripturis eruditiſſim⁹: et in omi-
bus lr̄is ſecularium ſtudioꝝ doctiſſimus.ph̄us.

rhetor. poeta. et theologus inſignis. grece et latine peri-
tus. ingenio ſubtilis. ſciencia ꝓfundus. eloquio dulcis. or
natus et diſertus: in exponendis ſcripturis diuinis excel
lentiſſimus. Scripſit inter cetera ingenij ſui opa. In leui
ticū. opus celeberrimū et valde vtile li. xx. In epl'as apl'i
pauli li. xiiij. Hiſtoriā quoqꝫ francoꝝ regū ꝛ principū li. i.
Chronicon quoqꝫ ſuoꝝ tpm li. i. Epl'aꝝ ad diuerſos li. i.
Sermones varios li. i. Et diuerſi generis multa carmīa.
In mltos biblie libros cōmentarios elegātiſſimos feciſſe
legit: aliosqꝫ plures ſcripſiſſe tractatus. q ad nos minime
(venerūt.

Ribo magūtinenſ eccl'e. xix. archi-
a epus. vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus ꝛ eru
ditus et ſecularium lr̄aꝝ non ignarus. ingenio
clarus et dulcis eloquio. ſcripſit inter alia in-
genij ſui monumenta opus pulcherrimū ſup. xv. pſalmis
graduū li. i. Et varias epl'as ad diuerſos. Hic celebrata
ſynodo in monaſterio ſelgenſtatenſi cū epis et abbatibꝫ
ſuis Anno dn̄i. Mill. xxiij. Indictione. vi. multa bona et
vtilia cōſtituit: que in ſcripturis auctēticis habent. Huic
ſynodo burckardus vuormacienſ ep̄us vir doctiſſimus
(cuius ſtatim mentio fiet) pſonaliter interfuit. Ad hunc
aribonē archiep̄m eo q eſſet amator lr̄aꝝ et doctoꝝ: mul
ti viri celebres ſua ingenia exercitantes varia opuſcula p-
ſcripſerūt. Moritur ſub cōrado impatore. Anno dn̄i. M.
xxxi. Indictione. xiiij. Ep̄atus vero ſui Anno. xij.

Urckardus ex monacho ordinis ſancti bene
b dicti vuormacienſ ſeu vuangionū eps: alber
ti gemblacenſ abbatis viri doctiſſimi quōdā
auditor atqꝫ diſcipulus (cuiꝰ gracianus in de
cretis meminit. lxxiij. diſ. In noīe dn̄i) vir certe tā in diuīs
ſcripturis q̄ꝫ in ſecularibus lr̄is eruditiſſimꝰ: ingenio ſub
tilis ꝛ clarus eloquio. ſcripſit ad edificationē eccl'e quedā
p̄clara volumīa: quibꝫ nomen ſuū et p̄ſentibꝫ et poſteris
cōmendauit. Ex his vidi volumen illd magnū et inſigne
opus decretoꝝ in viginti libris diſtinctū: quo ante cōpi-
lationē graciani monachi iuriſtarū vtebatur induſtria.

Scripſit etiã ad diuerſos multas elegantes ep̃las. Ce-
tera que compoſuit: ad me non venerũt. Claruit tempo-
ribus heinrici primi Anno dñi. M.xx.

Erno abbas augienſ cenobij: ordinis ſancti
benedicti conſtancienſ dioceſ. vir in diuinis
b ſcripturis ſtudioſus ⁊ eruditus. atq₃ in ſecula-
ribus lr̃is egregie doctus. ph̃us. rhetor et mu-
ſicus celeberrime opinionis: nec minus vita q̃₃ eruditio-
ne p̃clarus. Scripſit nõ ſpernende lectionis plura opu-
ſcula: de quibus ſubiecta ferũtur. Ad piligrinum archi-
epiſcopũ colonienſem egregiũ volumen de muſica. cuius
originale apud nos eſt li. i. De inſtrumentis quoq₃ muſi-
ce. li. i. Ad aribonem ſup̃dictũ archiep̃m maguntinũ. de
aduentu dñi. li. i. De officio miſſe li. i. De ieiunio quattuor
tempoꝝ li. i. De ieiunio ſabbati li. i. De menſura mono-
chordi li. i. Epiſtolaꝝ ad diuerſos li. i. Sermones quoq₃
ad fratres. Et alia cõplura. Claruit temporibus ſancti
heinrici imperatoris primi ſed regis ſecundi. Anno do-
mini. Milleſimo. xx.

Delboldus ep̃us traiectenſ ex monacho ordi-
nis diui patris benedicti (ſub cui⁹ noĩe heri-
a gerus abbas lobienſ dialogum de aduentu
domini compoſuit) vir in diuinis ſcripturis
ſtudioſus et eruditus atq₃ in ſecularibus lr̃is egregie do-
ctus: ingenio ſubtilis. eloquio diſertus. vita et cõuerſacõ-
ne precipuus: et ob eas virtutes in curia ſancti heinrici
imperatoris magno in precio habitus: ſcripſit nõnulla
haud cõtemnende lectionis opuſcula: quib₃ nomen ſuũ
poſteris notificauit. E quibus extat. Uita et geſta eiuſdẽ
ſancti imp̃atoris heinrici. li. i. De laudibus ſancte crucis
li. i. De laudibus quoq₃ ſancte marie li. i. Uarios etiã ſer-
mones in laude ſanctoꝝ edidit. Et alia multa tã metro
q̃₃ proſa que ad noticiã meã non venerũt. Moritur ſub
Conrado imp̃atore ſecũdo. Anno dñi Milleſimo. xxvij.
Indictione. x. Ep̃atus ſui anno. xviij. v. kl'. decembris.

B Runo epūs herbipolenſ Conradi imperato-
ris ſecundi patruelis. vir in diuinis ſcripturis
ſtudioſus et eruditus: et ſecularium lrāꝝ non
ignarus: ingenio pſtans eloquio dulcis et oꝛ-
natus: vita et cōuerſatione ſanctiſſimus: quippe qui mul-
tis et viuus et defunctus miraculis choruſcauit: ſcripſit
et compoꝛtauit ex dictis antiquoꝝ patrū non ſpernendū
opus ſup toto pſalterio. textūqꝫ in multis antea viciatū
mirabili ſcientia coꝛrexit. Si q̄d amplius ſcripſit: ad me
nō peruenit. Moritur ſub heinrico imperatoꝛe ſecundo
Anno dñi. Milleſimo. xlv. Indictione. xiij. Sexto kal.
Junij. et in ſanctoꝝ numero relatus eſt.

a Delmānus grāmaticus ex clerico leodienſ ec-
cleſie. brixinenſ epūs. vir in diuinis ſcripturis
ſtudioſus et eruditus. et in ſecularibꝫ lrīs non
mediocriter doctus: phūs. poeta et dialecti-
cus ſuo tpe famoſus. carmine excellens et proſa: ſcripſit
gemino ſtilo quedā nō ſpernenda opuſcula: quibꝫ memo-
riā ſui poſteris cōmendauit. E quibus extat libellus non
iniucundus de coꝛpe et ſanguine dñi. ad berengariū thu-
ronenſem. quondā apud fulbertū carnotenſem cōdiſcipu-
lum ſuū. iam tūc erroꝛes de hac re dogmatizare incipien-
tem. in quo multis ſcripturarū teſtimonijs contra eū niti-
tur. De eadē re ad paulinū primiceriū metenſem epiſtolā
dedit. Ad diuerſos epl'as multas ſcripſit. Et quedā alia.
Claruit ſub heinrico tercio. Anno dñi. M. xl.

r Atbertus paſcaſius abbas coꝛbeienſis oꝛdi-
nis ſancti benedicti. vir in diuinis ſcripturis
valde eruditus: et ſeculariū lrāꝝ nō ignarus:
ingenio ſubtilis ꝛ diſertus eloquio: greci et la-
tini ſermonis clarus interpres: nō minus vita q̄ȝ ſcientia
venerandus: ſcripſit ad placidū quendā nr̄i oꝛdinis ab-
batē Opus inſigne de ſacramēto altaris li. i. Vitā quoqꝫ
ſancti adelhardi epi li. i. In threnos hieremie ꝓphete. li. i.
Et alia complura mihi incognita. De greco in latinum

nõnulla transfudit ſermonẽ. Claruit temporibus Caroli groſſi principis. Anno dñi. Dcccc.lxxx.

t Heodericus monachus cenobij ſancti matthie apoſtoli prope treuerim ordinis diui patris benedicti. vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus et eruditus: atq; in ſecularibus lr̃is egregie doctus. ingenio ſubtilis. et clarus eloquio. Scripſit inter cetera ſtudij ſui monumenta. De inuentione ſancti celſi. li. i. De miraculis euſdẽ ſancti li. i. Sermones multos in honore ſanctorum li. i. Alia quoq; nõnulla edidit que ad noticiã noſtre lectionis minime venerũt. Claruit ſub ottone imperatore tercio. Anno dñi. Milleſimo.

t Heodericus archiepus treuerorum poſt ſanctũ eucharium ſecũdus ⁊ ſeptuageſimus. ex ppoſito maioris eccleſie magũtinenſis vir ſtudioſus et eruditus. et in agendis negocijs eccleſiaſticis preſtantis induſtrie. Scripſit de laudibus beatiſſime dei genitricis et virginis marie. li. i. Uitam quoq; ſancte lindrudis li. i. Et quedam alia. Sub huius theoderici pontificatu. canonici maioris eccleſie treuerenſ. deſierũt eſſe regulares. Claruit temporibus ottonis ſecũdi et tercij imperatorum. Anno dñi. Dcccc.xc. Sepultus eſt maguncie in eccleſia ſancti gingolfi quã ipſe p. xij. fratribus conſtruens dotauerat.

r Emigius monachus ⁊ abbas cenobij ſancti luthuini mediolacenſ. ordinis diui patris benedicti treuerenſ dioceſ. vir in diuinis ſcripturis ſtudioſiſſimus et valde eruditus: atq; in ſecularibus litteris nobiliter doctus. ingenio ſubtilis. eloquio diſertus. vita ⁊ cõuerſatione deuotus. philoſophus. poeta. et muſicus omniũ ſuo tẽpore longe clariſſimus: tãte ſcientie ⁊ erudicõnis fuit. ut ex omni germania et gallia diſcipulos clariſſimos ſuo magiſterio inſtituẽdos ſubdiderit: e quibus multi ad eccleſiaſticũ regimen in diuerſ. mũdi

regionibus legũtur aſſumpti: alij in abbates. alij in epõs conſecrati. Scripſit multa p̃clara opuſcula: quibus ſuũ nomen poſteris notificauit. In quinq3 libros moyſi. In euangeliũ non inutiles cõmentarios. In apoſtolũ quoq3 Regulas fecit de viſione abaci li. i. Excerptionem quoq3 priſciani li. i. Sup̃ donato cõmentum li. i. Jubente ecke-berto treueroꝝ archiepõ cantũ de ſanctis euchario. vale-lerio et materno dulci et regulari modulacõne cõpoſuit. et omeliã cũ eleganti ſermone cõiunxit. Rogantibus etiã duobus monachis blandimenſ cenobij diſcipulis ſuis. cantũ de ſancto bauone cõpoſuit nocturnalẽ. Sermo-nes multos in honore ſanctoꝝ. cantuſq3 et legendas edi-dit: in quib3 omĩbus ſe virũ doctiſſimũ oſtendit. Com-poſuit inſup̃ letanias et antiphonas que in rogationib3 a clero frequentantur. Sed et alia multa edidit: que ad manus nr̃as nõ venerũt. Huic remigio imperator otto camenã gracilem miſiſſe legit̃: ob ſuauitatẽ muſice in eo iam probate. Claruit temporibus ottonis tercij. Anno domini. Milleſimo.

g Olſcherus monachus cenobij ſancti mathie apoſtoli prope treuerim. ordinis diui patris benedicti: vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus et longa exercitacõne peritus: atq3 in ſecula-riũ lr̃aꝝ ſcientia non mediocriter doctus: ingenio prom-ptus. et clarus eloquio: in declamandis omelijs ad po-pulum ꝓbate induſtrie fuit. Scripſit de laudibus ſancti eucharij primi treueroꝝ archiepi. li. i. De laudib3 quoq3 ſancti valerij. li. i. De laudib3 ſancti materni epiſcopi. li. i. Sermones de laudib3 ſanctoꝝ multos. li. i. Geſta quoq3 treueroꝝ. li. i. Alia deniq3 nonnulla compoſuit: que ad noticiã nr̃e lectionis nõ venerũt.

h Ermãnus qui dicebat̃ cõtractus monachus cenobij ſancti galli ordinis diui patris noſtri benedicti. filius comitis de veringen apud ſue-uos. vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus. et

in ſecularibus lr̄is omniū doctoꝝ ſui tp̄is doctiſſimus. phūs. rhetor. aſtronomus. poeta. muſicus. et theologus celeberrimus. triū linguaꝝ. grece latine et arabice peritiſſimus. atqꝫ hebraice nō ignarus: metro excellens et proſa: vita quoqꝫ et cōuerſatione deuotiſſimus. Scripſit multa p̄clara volumina: quibus memoriā ſui poſteris cōmendauit. De quibꝫ ſubiecta ferūtur. De muſica. li. i. De monochordo li. i. De ſex etatibus mūdi li. i. De aſtronomia li. i. De cōpoſitione aſtrolabij li. iij. De vtilitatibus aſtrolabij. li. i. De eclipſibus ſolis et lune li. i. De cōputo li. i. De quadratura circuli li. i. De cōflictu rythmimachie li. i. De phiſionomia quoqꝫ li. i. Uitas pluriū ſanctoꝝ patrū elegantiſſimo ſtilo cōpoſuit. Ep̄las quoqꝫ multas ad diuerſos li. i. Diuerſi generis edidit pene infinita carmina. Hymnos quoqꝫ et cātus in honore ſanctoꝝ dulciſſima modulatione multos cōpoſuit. E quibus eſt illa de beata dei genitrice antiphona Salue regina. Et illa. Alma redemptoris. cū multis alijs. Trāſtulit etiā nōnulla grecoꝝ et arabū volumina in latinū: ſicut p ſe fatetur in p̄fatione quadā ariſtotelis. Cuius meriti hermānus iſte coram deo fuerit. et quantā ei beatiſſima virgo maria gratiam p̄ſtiterit: in ſecūdo libro illuſtriū viroꝝ ordinis nr̄i me iam ex pte memini deſcripſiſſe licet paucis et breuibꝫ. Claruit temporibꝫ heinrici imꝑatoris tercij. Anno domini. Milleſimo. xl.

h Elpericus monachus eiuſdem cenobij ſancti galli ordinis diui patris benedicti. vir et ipſe in diuinis ſcripturis multū eruditus. atqꝫ in ſecularibus lr̄is doctiſſimus. phūs. aſtronomus. et poeta celeberrimus. ingenio ſubtilis et diſertus eloquio: nec minus vita q̄ꝫ erudicōne inſignis. Scripſit tam metro q̄ꝫ proſa multa p̄clara opuſcula: ſed pauca eorū ad manus nr̄as puenerūt. Uidi em̄ dūtaxat et legi librū clariſſimū quē de cōputo eccleſiaſtico edidit. Et aliū de muſica prenotatū. Sed et quedā carmina. Cetera que

compoſuit ad manus noſtras nō venerūt. Claruit eodē tpe quo hermānus cōtractus. Anno dñi. M.xl.

r Ogerius monachus in ſaxonia corbeienſ cenobij ordinis ſancti benedicti. vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus ⁊ eruditus: et ſecularium lraꝝ nō ignarus: ingenio et eloquio clarus: Scripſit vitā et geſta brunonis archiepi colonienſ fratris ottonis primi imperatoris. li. i. Alia quoqꝫ nōnulla edidit: que ad noticiā meā non venerūt. Claruit temporibus Ottonis tercij. Anno dñi. Milleſimo.

a Lgerus ex ſcholaſtico monachus corbeienſ cenobij ordinis diui patris noſtri benedicti. vir in ſanctis ſcripturis iugi ſtudio exercitatus: veterū quoqꝫ lectione diues: atqꝫ in ſecularib; lrīs magnifice doctus: ingenio cautus ⁊ diſertus eloquio. carmine valens et proſa. Scripſit inter alia ingenij ſui opuſcula. Volumen inſigne de ſacramento altaris. li. iij. De eadem re contra berengariū li. i. De gratia quoqꝫ dei et libero hoīs arbitrio li. i. Alia inſup nōnulla ſcripſiſſe dicitur: ſed ad noticiā nrē lectionis minime venerūt.

e Ckebertus clericus leodienſ eccle. in diuinis ſcripturis ſtudioſus et eruditus: atqꝫ in ſeculariū lraꝝ diſciplinis egregie doctus. ingenio ſubtilis et clarus eloquio: metro excellens nō minus q̄ꝫ proſa. Scripſit vtroqꝫ ſtilo nō ſpernenda opuſcula: quibus memoriā ſui poſteris cōmendauit. E quibus extat volumen eleganti carmine cōpoſitū qđ ꝑnotauit. de enigmatibus ruſticanis. li. i. Et poſtea ſcripſit de eadē re aliū maiuſculū. Cetera que cōpoſuit: ad noticiā meam non venerūt. Claruit ſub heinrico quarto. Anno dñi. Milleſimo. lx.

l Eo papa nonus. bruno antea vocatus. eṗus vrbis leucorum que tullus vocatur ſub archiepō treuerenſi. patria alſaticus ex comitibus de egeſheim ſedit in cathedra petri poſt da-

maſum annis ſeptem: vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus. et in ſecularium lrãꝝ diſciplinis egregie doctus. nec minus cõuerſatione ꝙ̃ ſcientia venerabilis. Scripſit ad conſtantinũ ex monacho imperatorẽ grecoꝝ de hereſibꝫ extirpandis. li. i. Ad patriarcham quoqꝫ cõſtantinopolitanũ de eadẽ re. li. i. Cõtra errores grecoꝝ li. i. Ad epos africe et egipti li. i. Eplaꝝ quoqꝫ ad diuerſos li. i. Et quedam alia nobis incognita. Morit ſub heinrico tercio. Anno dñi. M. liiij. Indictione. vij. Multiſqꝫ fertur claruiſſe miraculis.

b Umbertus monachus tullenſ ordinis ſancti benedicti. leonis pape noni cõpatriota. vir vndecũqꝫ doctiſſimꝰ. quẽ leo pfatus pontifex de lothoringia tullenſi videlicet monaſterio romã traduxit. et ad pdicandũ ſiculis verbũ dei epm ordinauit. Poſtea vero ſancta romana eccleſia pſulem ſibi cardinalẽ cõſtituit: homo religioſus et ſanctiſſimꝰ. Scripſit inter cetera ingenij ſui monumenta Contra errores berengarij multa ſyntagmata. Miſſus p leonẽ papã ad cõſtantinopolim, p hereſibꝫ extirpãdis. ſua mirabili ſcientia et facũdia vſqꝫ adeo Nicetam pectoratũ monachũ hereſiarcham in pſentia cõſtantini monachi impatoris et michaelis patriarche diſputãdo cõfutauit et deuicit: ut librũ ſuũ quẽ aduerſus romanã eccleſiã ediderat. mox anathematizaret: eũqꝫ ꝓpria manu exurendum flãmis iniceret. Scripſit ergo eandẽ diſputationẽ ſuã p modũ dyalogi ſub noĩe romani et cõſtantinopolitani interloquentiũ. li. i. Et varias ad diuerſos eplas. Et quedã alia que ad noticiã noſtrã nõ venerũt. Huius humberti. viri doctiſſimi meminit lanfrãcus in libro ſuo aduerſus berengariũ multa eũ extollens laude. Claruit tempore leonis pape noni. Anno dñi. Milleſimo. l.

b Ernoldus pſbyter eccleſie conſtancienſis in ſueuia. vir deuotus ſtudioſus et eruditus. ingenio promptus et clarus eloquio fertur quedam nõ ſpernende lectionis cudiſſe opuſcula:

quibus nomen et memoriã ſui poſteris cõmendauit: ſed nihil eoꝝ ad manus nr̃as memini perueniſſe. Romanum ordinem ſcripſit et correxit ad vtilitatem eccleſie. Claruit ſub heinrico quarto. Anno dñi. Milleſimo. lx.

l Ampertus monachus cenobij ſancti laurentij leodienſ. ordinis diui patris bñdicti. adelmãni grãmatici brixinenſ epi quondã auditor atqȝ diſcipulus. vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus. et in ſecularibus lr̃is egregie doctus: phũs. rhetor. et poeta celeberrimus: ingenio clarus et diſertus eloquio (quẽ pfatus adelmãnus pontifex egregijs commendat verſibus) ſcripſit tã metro q̃ȝ proſa multa pclara volumĩa. quibȝ nomen ſuũ poſteris cõmendauit Sed ex his pauca videre merui. Vitã ſancti heriberti colonienſ archiepi. li. i. De miraculis eiuſdem li. i. Hymnorum quoqȝ vario carmĩs genere li. i. Epigrãmaton li. i. Epl'arum ad diuerſos li. i. Officiũ quoqȝ de ſancto heriberto. et de multis alijs ſanctis cõpoſuit: et dulci modulacõne regulauit. Cetera que ſcripſit: ad manus nr̃as minime venerũt. Claruit temporibus heinrici tercij imperatoris. et hermãni archiepi colonienſ. Anno dñi. M. lx.

l Ampertus de legia monachus cenobij ſanctoꝝ eucharij et matthie apl'i extra menia treueroꝝ. ordinis diui patris benedicti vir vndecunqȝ doctiſſimus: phũs. rhetor. muſicus et poeta clariſſimus: ingenio ſubtilis et comptus eloquio. Scripſit tam metro q̃ȝ proſa quedam pclara opuſcula: de quibus ego tantum reperi ſubiecta. De miraculis ſancti matthie apl'i magnũ opus metrice cõpoſitũ li. v. De ſancto quoqȝ agricio li. i. Ad lampertũ abbatẽ ſuũ vitã ſancti matthie apl'i edidit li. i. Sermones etiã varios in honore ſanctoꝝ li. i. Epl'as quoqȝ multas ad diuerſos. Carmina diuerſi generis elegantiſſima et multa et varia compoſuit. Et alia complura nobis incognita. Claruit ſub heinrico quarto. Anno dñi. M. lxxx.

Arianus ſcotus monachus fuldenſ. ordinis
m diui patris nr̄i benedicti. vir in diuinis ſcrip-
turis eruditiſſimus: et ſecularium lrãꝝ nõ igna
rus: ingenio ſubtilis et clarus eloquio: vita
quoqꝫ ⁊ cõuerſatione deuotus atqꝫ ſanctiſſimus emicuit.
Hic amore celeſtis patrie natale ſolū deſerens peregrin⁹
venit in germaniã: et primū quidem in monaſterio ſancti
martini colonie monachus factus eſt: et duobus annis
in eodē cenobio vitã ſolitariã incluſus volūtarie duxit: ac
deinde trãſlatus ad fuldam ibidē ſtetit in incluſorio an-
nis duodecim: quouſqꝫ tandē iuſſu archiepi ꝓpter ſancti
tatē ⁊ eruditionē euocatus magūciam. apud ſanctū mar
tinū incluſus. xvij. annis alijs vſqꝫ ad mortē pſeuerauit.
Fuit autē computiſta maximus. et tpis tranſacti diligen
tiſſimus cenſor: qđ clariſſima monumēta que edidit pro
bant. E quibus extant ſubiecta. Uolumen inſigne chro
nicarū ab exordio mūdi vſqꝫ ad ſua tpa li. iij. De concor
dantia euangeliſtaꝝ. li. i. De computo quoqꝫ li. i. Sermo
nes varij: et plures ad diuerſos epl'e. Moritur ſub hein-
rico impatore tercio. rege autē quarto. Anno dn̄i. Mill'.
lxxvi. Indictione. ix. Etatis ſue Anno. lviij. et in eccleſia
ſancti martini magūcie nõ ſine grandi opinione ſanctita-
tis ſepultus eſt.

Heodericus monachus cenobij ſancti alba-
t ni martyris apud magunciã ordinis diui pa
tris benedicti: vir in diuinis ſcripturis ſtudio
ſus et eruditus: et in ſecularibus lr̄is egregie
doctus. phus et poeta clariſſimus: ingenio ſubtilis et cla
rus eloquio. Fertur quedã p̄clara ſcripſiſſe opuſcula: qui
bus memoriã ſui poſteris cõmendauit. E quibus extãt
ſubiecta. Ad richardū abbatē fuldenſem de vita et mira-
culis ſanctiſſimi patris noſtri benedicti. li. i. De trãſlatio-
ne quoqꝫ eius in galliam ad eundē li. i. Epl'aꝝ ad diuer
ſos li. i. Carmia quoqꝫ multa et varia edidit. Sed et alia
complura: que ad manus nr̄as adhuc minime venerūt.

Claruit ſub heinrico impatore ſecūdo. rege autē huius nominis tercio. Anno dn̄i. Milleſimo.xl.

w Enericus ex clerico treuerenſ eccīe ep̄s vercellenſis. vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus ꝛ eruditus: ſecularium ꝗʒ lraꝝ non ignarus: ingenio promptus ꝛ clarus eloquio. Scripſit nōnulla exercitacōnis opuſcula. quibʒ ſcientiā ſuā cōprobauit. In ea diſcordia que fuit inter hildebrandū papam gregoriū ſeptimū ꝛ heinricū impatorē hui⁹ noīs quartū: ſcripſit ex pſona theoderici virdunenſ epi (cū ipe adhuc treueris eſſet clericus) ad eundē papā gregoriū diuinis ſcripturis inſtructū volumē: nō eū increpās. ſed ſeniorē obſecrās vt patrē: et amicabili affectu quaſi dolentis ſuggerēs ei oīa que cōtra ius et fas equitatis eū feciſſe vel dixiſſe loquax fama diuulgauerat. qđ de diſcordia ſacerdotij et imperij pnotaſ. li. i. Alia quoqꝫ plura cōpoſuit: ſed ad noticiā meā nō venerͭt. Claruit ſub heinrico qrto. Anno dn̄i. M. lxxx.

e Rhardus monachus corbeienſ in ſaxonia ordinis ſancti bn̄dicti. vir in diuinis ſcripturis ſtudioſiſſim⁹: et ſecularū lraꝝ nō ignarus: ingenio ſubtilis et pmptus eloquio: in declamādis homelijs ad populū celeberrime opinionis. Scripſit inter cetera ingenij ſui opuſcula opus inſigne ſup pentatheucū li. v. Homeliarū quoqꝫ li. i. Alia quoqꝫ mlta ſcripſiſſe dicit: et ſacras multis voluminibʒ explanaſſe ſcripturas: que ad noticiā meā nō venerūt.

w Illerāmus abbas cenobij merſburgenſ. ordinis diui pr̄is benedicti. vir in diuinis ſcripturis eruditus et ſecularis lr̄ature non ignarus: carmine doctus ꝛ proſa: nō minus vita ꝙ̄ ſcientia clarus effulſit. Qui cū lr̄is et phīe in gymnaſio parienſi aliqͣ̄ diu operā nauaſſet. redijt ad patriā ſuā franciā ſcʒ orientalē (que et fr̄aconia dicit) et pter eminentiā doctrine bambergenſ eccīe ſcholaſticus factus dulce lraꝝ cōtuberniū nō deſeruit. Tandē cōſiderans vanā mūdi gloriā trāſire cū tpe. ſpreto ſeculo cōtemptiſꝗʒ rebʒ mūdanis p amore dei mo

nachicū ſcema in monaſterio fuldenſi induit: et creſcenti bus meritis: poſtremo abbas apud merſburgū electus fuit. Scripſit autē opus metro et proſa mixtū ſup canti ca canticoꝝ. qd̄ p̄notauit de nuptijs chriſti et eccl'e. li. iij. Sermones quoqꝫ varios ad fratres. Et plures (ut ferūt) ep̄l'as ad diuerſos. Alia quoqꝫ multa cōpoſuit: que ad noticiā meā non venerūt. Claruit ſub heinrico quarto (Anno dn̄i. Mill'. lxxx.

Bernardus monachus cenobij ſancti viti corbeienſ in ſaxonia. ordinis ſancti benedicti: vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus et eruditus atqꝫ in ſecularibus l'ris ſufficienter doctus: ingenio ſubtilis. et clarus eloquio: carmīe peritus et proſa. ſcripſit nōnulla ingenij ſui opuſcula: quibꝫ nomen ſuū poſteris notū fecit. Ad hartuinū magdeburgen̄ archiep̄m edidit volumen luculēto quidē ſed amaro ſermone cōtra heinricū quartū regē ſed terciū imp̱atorē: in quo clare patet q̄ꝫ grauis et odioſus fuerit idē heinricus ſaxonibus. Scripſit p̄terea m'ltas ⁊ varias ep̄l'as: et alia cōplura nobis incognita. Claruit euiſdē heinrici quarti temporibꝫ. Anno dn̄i. Milleſimo. lxx. et varia copoſuit.

Wilhelmus abbas monaſterij hirſaugienſ ordinis ſancti benedicti ſpirenſ dioceſ. vir vndecūqꝫ doctiſſim⁹. ph'ſ. muſicus. cōputiſta et theologus celeberrim⁹: vita et cōuerſatione deuotus atꝫ ſanctiſſim⁹: q̄ multis in vita et morte miraculis claruit: et monaſticā diſciplinā apud germanos pene collapſam verbo et exemplo magnifice inſtaurauit. Scripſit luculēto ſermone nō ſpernēda opuſcula. E quibꝫ extāt ſubiecta. Cōſtitucōnes noue reformacōnis ſue. li. ij. De muſica quoqꝫ li. i. De horologio quoqꝫ li. i. Correctionē fecit pſalterij. li. i. Ep̄l'as ad diuerſos varias edidit: in quibꝫ multe ferūtur ad ſecūdū anſhelmū archiep̄m cantuarien̄ cui familiariſſim⁹ fuit. Extāt etiā ipſius anſhelmi ad iſtū vuilhelmū quedā ep̄l'e. Alia quoqꝫ nōnulla edidit: que ad me nō venerūt. Moritur ſub heinrico imp̱atore tercio. rege autē q̄rto. Anno dn̄i. Mill'. Nonageſimoprimo. Indictione. xiiij.

quarto nonas Julij. Sepultus in medio eccleſie ſue.
Olffhelmus abbas monaſterij bruwilerenſ
w qđ duobus fermé milibus diſtat a colonia
agrippina. natus ex pago ribuarienſi eiuſdē co
lonienſ dioceſ: vir in diuinis ſcripturis eru
ditus. et in ſecularib₃ lr̄is egregie doctus: vita ꝛ cōuerſa
tione deuotus atq₃ ſanctiſſim⁹ et multoꝝ miraculoꝝ pa
tratione clarus: ingenio ſubtilis ꝛ comptus eloquio: me
tro excellens et proſa. Scripſit nōnulla p̄clara volumina:
ſed pauca eoꝝ ad noticiā meā ꝑuenerūt. Cōtra berenga
riū thuronenſem de ſacramēto altaris. edidit paruū ſed
neceſſariū opus ad meginhardū abbatē li. i. Sermones
quoq₃ multos ad fratres: et varias ad diuerſos ep̄l'as.
Carmina etiā multa et elegantia vario genere metri cō
poſuit: et epigrāmata ſuꝑ oīmbus voluminibus ſue bi
bliothece ordinauit. Alia quoq₃ nōnulla ſcripſiſſe dicit̄:
que ad noticiā nr̄e lectionis minime venerūt. Hic primū
fuit monachus in cenobio ſancti maximini apud treue
rim: deinde apud ſanctū panthaleonē in colonia: poſtea
factus eſt abbas in gladebach: et poſtremo trāſlatus in
abbatē p̄fati monaſterij bruwilerenſis tercius in ordine
p̄fuit. Moritur ſub heinrico q̄rto. Anno dn̄i. Milleſi
mo. Nonageſimo primo. Indictione. xiiij. x. kal' Maij.
heodericus abbas monaſterij ſancti trudo
t nis ordinis diui p̄ris b̄ndicti: vir in ſcriptu
ris ſanctis ſtudioſus ꝛ eruditus: atq₃ in ſecula
ribus lr̄is ſufficienter inſtructus: ingenio ſub
tilis. et eloquio cōpoſitus: metro quoq₃ exercitatus et ꝓſa
Scripſit vtroq₃ genere multa p̄clara opuſcula: quibus
nomen ſuū ad multoꝝ noticiā deduxit. E quib₃ iſta ferū
tur. Vita ſācti trudonis li. i. Vita ſancti bauonis li. i. Vi
ta ſancti remoldi li. i. Sermones varij ad fr̄es li. i. Ep̄le
quoq₃ cōplures ad diuerſos li. i. Et alia quedā nobis ad
huc incognita. Claruiſſe dicit̄ temporib₃ heinrici quarti.
Anno domini. Milleſimo. Centeſimo.

Onradus monachus cenobij bruwilerenſis
c ordinis diui patris benedicti. colonienſ dioce
ſis. wolffhelmi ſanctiſſimi abbatis quondã
auditor atq diſcipulus: vir in diuinis ſcriptu
ris ſtudioſus et eruditus. et ſeculariũ lr̃az non ignarus.
Scripſit ad edificationẽ fideliũ non ſpernenda volumĩa
quibus ingeniũ ſuũ vtiliter occupauit. E quibus extant
ſubiecta. Uita eiuſdẽ ſancti wolffhelmi abbatis. ad eber
hardũ bruwilerenſem. et hermãnũ ſancti panthaleonis
abbates li. i. De miraculis eiuſdẽ beati wolffhelmi li. i.
Sermones in honore ſanctoz. et alia complura nobis
incognita. Claruit ſub heinrico q̃rto Anno dñi. M. c.

Tephanus qui et herrandus eps halberſta-
s tenſ quartuſdecimus. ex abbate ylſenburgen
ſis cenobij in ſaxonia ordinis ſanctiſſimi pa-
tris nr̃i benedicti vir in diuinis ſcripturis ſtu
dioſus et eruditus et nõ minus ſanctitate q̃ ſcientia ve-
nerabilis: ſcripſit in pſona ludouici comitis fidelis eccl̃e
elegãtiſſimã epiſtolã in modũ libelli ꝓ defenſione et obe
dientia romane eccl̃e contra heinricũ quartũ rebellem ro
mane eccl̃e ad waltramũ nuenburgeñ epm q̃ ptes hein
rici quarti contra obedientiã ſummi ptinaciter defendit
pontificis. Alias quoq in eadẽ cauſa et diuerſis nego-
cijs eccleſiaſticis epl̃as cõpoſuit et varios tractatus: ſed
ad manus nr̃as minime venerũt. Moritur ſub heinrico
quĩto. Anno dñi. M. c. vij. Indictione. xv.

Upertus abbas tuicienſ ꝓpe coloniã ex mo-
r nacho cenobij ſancti laurentij traiectenſ. ordi
nis diui patris benedicti: vir in diuinis ſcri-
pturis (ſpũ ſancto illuſtrante) omniũ docto
rum ſui tpis doctiſſimus: et ſecularis lr̃ature non igna-
rus: ingenio ſubtilis. eloquio dulcis atq cõpoſitus: nõ
minus ſanctitate q̃ ſcientia clarus effulſit. Hic in p̃fato
monaſterio traiectenſi poſitus. cum adhuc iuuenis eſſet.
maximũ diuinis lr̃is ſtudiũ impendit: ſed cum propter

tenuitatem ingenij parū pficeret ad orationū inſtantiam cū lachrymis ſe cōuertit: et beatiſſima dei genitrice ſibi manifeſte apparente et gratiā pmittente. tantā in omi ſcriptura ſcientiā cōſequutus eſt: ut ſimilē ſuo tpe nō haberet. Et ne putares fabulā: ipe de ſe in multis locis operū ſuorū iſta cōfitetur. Tantū vero deinceps ad ſacras lectiones amorē habuit: ut nec dormiens quidē a diuinis colloquijs videret quieſcere: dū lingua eius et labia quaſi aliqd legeret mouerentur. Scripſit autē pene infinita volumina: de quibus ego reperi ſubiecta. Ad Cunonem ſigebergenſem abbatē poſtea ratiſponenſem epm. de victoria verbi dei pulcherrimū opus. li. xiij. In geneſim. li. ix. In cantica canticorū opus omi laude pſequendum. li. vij. In librum ſancti iob. li. x. In libris regum de ſancto dauid. li. xv. In vetus teſtamentū maximū opus in libris. xlij. qd pnotauit. de fide ſancte trinitatis. Itē in apocalypſin iohannis li. xij. De officijs diuinis li. xij. In duodecim pphetas minores li. xxx. In euāgeliū matthei li. viij. In euāgelium iohānis li. xiiij. Meditationū. li. iij. materiā loquēdi ſumens de mirabili incendio tuicienſis monaſterij. In regulā quoqz ſancti benedicti li. i. Apologeticū pcodē ope li. i. De quattuor difficilimis queſtionibus li. i. Sermones quoqz multos et varios li. i. Eplarū ad diuerſos li. i. Alia quoqz multa ſcripſiſſe dicit. ſed ad noticiā nrē lectionis adhuc non venerūt. Claruit multa ſanctitate et doctrina et miraculis coruſcās ſub heinrico quinto. Anno dñi. Milleſimo. c. xx. Et ſub lothario tercio moritur.

r

Upertus abbas lympurgenſ cenobij ordinis diui patris benedicti ſpirenſ dioceſ. vir tā in diuinis ſcripturis qz in ſecularibus lrīs egregie doctus: ingenio clarus. eloquio ſcholaſticus: vita et cōuerſatione deuotus. Hic phie operā dedit annis nō paucis in gymnaſio pariſienſi cū adhuc eſſet ſecularis: et doctus in omni ſcientia ſcholaſtica euaſit.

Tandem reuerſus ad patriā ſuā vuanglonū videlicet vr
bem vnde vite duxerat originē. phiam inutilem aīe cū re
bus ſeculi pro dei amore cōtempſit: habitūqꝫ ſancte con
uerſationis in p̄fato cenobio induit: et demū creſcentibꝫ
meritis omniū fratrū conſenſu in abbatem electus fuit.
Maximā regularis diſcipline obſeruantiā verbo et exem
plo ibidem inſtituit: et diuinis reuelacōnibus crebro re
focillari meruit. Scripſit iubente ſanctiſſima dei genitri
ce p viſum. opus in laudē eiuſdem virginis ꝑpulchrum.
ſup cantica cāticoꝝ li.iiij. De cōtemptu ꝛ vanitate huius
mūdi li.ij. De ſancto iohanne baptiſta li.i. Reuelationū
quoqꝫ ſuarū li.i. Sermones etiā multos in honore ſan
ctoꝝ quoꝝ vel reliquie vel patrocinia in ſuo monaſterio
habent̄ cōpoſuit: et ep̄las ad diuerſos. varioſqꝫ in ſcrip
turis ſanctis tractatus. Claruit ſub heinrico quīto. An
no dn̄i. Milleſimo.c.xx.

r Udolfus abbas monaſterij ſancti trudonis.
ordinis diui patris benedicti leodienſ dioceſ
vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus et longa ex
ercitacōne peritus: atqꝫ in ſecularium lr̄aꝝ ſci
entia ſufficienter doctus: ingenio clarus et vita: carmine
quoqꝫ excellens ꝛ proſa. Scripſit nō ſpernende lectionis
opuſcula: quibus memoriam ſui poſteris cōmendauit.
E quibus extat opus inſigne contra ſymoniacos. li.vij.
Chronica quoqꝫ rerū geſtarū tranſacti temporis li.i.
Carmīa etiā plura diuerſi generis edidit. Cātus quoqꝫ
in laude ſcōꝝ varios dulci et regulari modulatione cō
poſuit. Claruit ſub heinrico quīto. Anno dn̄i. M.c.xxv.

f Ranco abbas monaſterij haffligemenſ ſecū
dus. ordinis ſancti benedicti. vir in diuinis
ſcripturis eruditus. et ſecularis lr̄ature ſcien
tia probe inſtructus: ingenio valens ꝛ clarus
eloquio. Scripſit tā metro q̄ꝫ proſa quedā cōmendanda
opuſcula: quibus nomen ſuū cū gloria trāſmiſit ad po
ſteros. Cum adhuc monachus eſſet: iubente fulgencio

BIBLIOTECA DE FILOSOFIA Y LETRAS MADRID

abbate ſuo incepit opus p̄clarū de gratia dei: qd̄ poſtea factus abbas cōpleuit. Scripſit etiā metrice de ſtatu future glorie li. i. Ep̄las quoq; ad diuerſos et varios ſermones. Et quedā alia. Claruit ſub heinrico quinto. Anno dn̄i Milleſimo. c. x.

Ckardus abbas primus cenobij ſancti lau-
e rentij martyris qd̄ vraugia dicitur iuxta ſiluā
hyrciniam in dioceſi herbipolenſi: ordinis di-
ui patris benedicti: vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus et valde eruditus: atq; in ſecularibus lr̄is non mediocriter doctus: ingenio ſubtilis et diſertus eloquio: metro exercitatus ꝛ proſa. Scripſit nō contēnende lectionis opuſcula: quibus ingeniū ſuū magnifice exercitauit. E quibus ferūtur ſubiecta. Ad imitationē boetij ſcripſit vtroq; genere id eſt alterno ſtilo volumen inſigne qd̄ p̄notauit laternā monachoꝝ li. v. Sermones quoq; varios et multos ad fratres. Carmina etiā ꝛ epigrāmata diuerſi generis plura. Et quedā alia. Claruit ſub lothario imperatore Anno dn̄i Milleſimo. c. xxx.

Ngelbertus abbas monaſterij admontenſis
e ordinis ſancti benedicti: vir erudicōne ſcrip-
turaꝝ inſignis: et non minus morū integri-
tate q̄ʒ ſcientia venerabilis: nomen ſuū varia ſcribendo et exponendo notificauit: et tā verbo q̄ʒ exemplo ad edificationē fratrū ſuoꝝ nō infima geſſit. Scripſit inter cetera ingenij ſui opa. De vicijs et virtutibus li. i. Sermones etiā multos et vtiles ad fratres li. i. Ep̄las quoq; plures. Sed et alia plura edidit: que ad manus noſtras non venerūt.

Onradus qui et peregrinus monachus hirſ-
c augienſ cenobij ordinis diui patris benedicti
ſpirenſ dioceſ. wilhelmi abbatis quondam
auditor atq; diſcipulus: vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus. et in ſecularibus lr̄is valde peritus: ph̄us. rhetor. muſicus et poeta celeberrimus: ſub noīe

peregrini multa p̄clara volumina edidit: in quibus orna
ta ſententiarū diſpoſitio. et venuſti ſermonis elegātia. nul-
li veterū inferiorē ſuū demonſtrant fuiſſe auctorē. De his
ſubiecta ferūtur. Opus dialogorꝫ inſigne ſub nominibus
peregrini preſbyteri. et theodore deo ſacrate virginis q̄d
p̄notauit Speculū virginū. li. viij. In euāgelia p circulū
anni. magnū volumen. li. i. De vita ſpiritus et fructu mor
tis. li. i. Et alius q̄ p̄notatur matricularius li. i. Didaſca-
lon alius. li. i. De muſica et differentia tonorū li. i. De lau
dibus ſancti benedicti metrice. li. i. Sermones varij et
omelie li. ij. Alia quoqꝫ nōnulla ſcripſiſſe dicit: ſed in ma
nus nr̄as nō venerūt. Quicq̄d aūt proſaice ſcripſit (p̄ter
ſermones et ep̄las) ut plurimū in morem dialogi ordina
uit. Fuit alius quidā p̄dicator qui ſecūdū modernorū cō
ſuetudinē ſub nomine peregrini ſermones ad populū nō
ſpernendos cōpoſuit: ſed nr̄o peregrino erudicōne et elo-
quentia multū inferior. Ille em̄ more declamatorꝫ huius
tp̄is ſimplici ſermone cōtentus quotationes crebras in-
troducit ſcripturarū: noſter autē tullianam reſonās elo-
quentiā more antiquorꝫ orationē cicatricoſam reddere ſu
peruacuis allegacōnibus non cōſueuit. Claruit autē ſub
Conrado imperatore huius nois tercio. Anno domini.
Milleſimo. c. xl.

Udechinus p̄ſbyter eccleſie in logenſtein. vir
ſtudioſus et eruditus. ob ſpem eterne vite cū
alijs multis ſub conrado impatore tercio hie
roſolymā ꝓfectus. cū ſaracenis nauali prelio
ſepe dimicās. magna deuocōne ⁊ cōſtantia ꝓfide chriſti
clarus effulſit. Reuerſus in patriā Cunone abbate mon
tis ſancti diſibodi (tunc adhuc ordinis noſtri) petente.
peregrinacōnis ſue hiſtoriā quātaqꝫ cū infidelibus geſſe
rint prelia. vrbano ſermone deſcripſit. li. i. Ep̄las inſuper
varias ad diuerſos edidit. Et quedā alia nobis incogni
ta. Claruit ſub Conrado imperatore. Anno domini.
Milleſimo. c. xl.

Chriſtianus frederici imperatoris primi archi
c cancellarius. et poſtea magũtinus. xxx. archi-
epus ab eo cõſtitutus. ſedit annis decẽ et octo:
vir in ſeculari lr̃atura doctiſſimꝰ: et diuinarũ
ſcripturaꝝ nõ ignarus: ingenio clarus. ſermone diſertus:
quẽ etiã italia p̄orantem obſtupuit. Scripſit inter alia
ingenij ſui monumenta. Geſta frederici imꝑatoris primi.
li. i. Epl'as inſuꝑ elegantiſſimas ad diuerſos. Et quedã
alia nobis adhuc incognita. Huius chriſtiani leo tuſcus
notarius ẽmanuelis imꝑatoris grecoꝝ cõtemporaneus.
in libro de p̄uaricõnibus et erroribus grecoꝝ cũ laude fa
cit mentionẽ. Claruit euiſdẽ frederici primi temporibus.
Anno dñi. Milleſimo. c. lxxx.

Eckebertus ſecũdus abbas monaſterij ſancti
c florini ſchonaugienſ ordinis diui patris be-
nedicti treuerenſ dioceſ: vir in diuinis ſcrip-
turis ſtudioſus et eruditus: et ſecularis lr̃atu
re nõ ignarus: frater beate helizabeth abbatiſſe virginis
chriſti fuit. Qui cũ adhuc bunnenſ eccle canonicus eſſet.
crebris epl'is et admonicõnibus ſancte ſororis ſue ꝓuoca
tus mundũ cũ vanis honoribus deſeruit: et monachoꝝ
collegio in p̄dicto loco ſe cõiunxit: vbi primũ monachus
et demũ abbas cõſtitutus. nõ minus deuocõne et religio
ne q̃ȝ ſcientia clarus effulſit. Scripſit autẽ aduerſum he-
reſes li. i. In principiũ euãgelij iohãnis li. i. Sup. miſſus
eſt angelus li. i. Super Magnificat li. i. De vita et morte
ſancte ſororis ſue li. i. Meditacões de ieſu et maria li. i.
De laude noſtri ſaluatoris li. i. Sermones quoqȝ more
antiquoꝝ incorruptos allegacõnibus capituloꝝ li. ij.
Epl'aꝝ ad diuerſos li. i. Alia quoqȝ nõnulla edidit: que
ad manus nr̃as nõ venerũt. Claruit Anno dñi. M. c. lx.

Eliſabeth ſanctimonialis femina. ſoror p̄fati
b abbatis eckeberti. et abbatiſſa cenobij virgi-
nũ chriſti qđ eque ſchonaugia dicitur et mo
naſterio p̄dicto viroꝝ quaſi cõtiguum eſſe cer

nitur. virgo ſanctiſſime cõuerſationis et ab infantia ſua domino cõſecrata: multis et probatis reuelacõibus il-luſtrari diuinitus meruit: quas ad edificationẽ fidelium iuſſa lr̃is cõmendauit. E quib; legi ſubiecta. Opus pul-cherrimũ et nõ inutile qđ viarũ dei pñotauit. in quo tri-plicem viam ſanctoꝝ deſcripſit. videlicet. martyrũ. cõfeſſo-rum et virginũ. li. i. De vndecim milibus virginib; apud coloniam agrippinã ſancto martyrio coronatis li. i. Re-uelationũ ſuarũ li. ij. Ad fratrem ſuum eckebertũ adhuc bunne canonicũ li. i. Epl'aꝝ ad diuerſos li. i. Ad ſanctã hildegardem virginem chriſti. epiſtolã vnã. Moritur ſub frederico imꝑatore primo. Anno dñi. Milleſimo. c. lxv. Indictione. xiij. Etatis ſue Anno. xxxvi. Conuerſionis . xxiiij. Viſitacõnis autẽ ſuperni luminis. xiij. Quartodeci-cimo kalend. Iulij. Sepulta in ecc'ia monachoꝝ ſancti Florini martyris. in medio chori: non ſine maxima opi-nione ſanctitatis.

b Ildegardis ſanctimonialis. abbatiſſa mona-ſterij ſancti Ruperti cõfeſſoris in oppoſito bin-genſis oppidi ex altera pte Rhenj fluminis. ma-gũtine dioceſ: ordinis diui patris benedicti. oriunda ex comitatu ſpanhemenſi. diſcipula quondã bea-te virginis gutte ſororis megenhardi comitis de ſpan-hem fundatoris noſtri: virgo ſanctiſſime cõuerſationis. et a puericia ſua diuinis reuelationibus illuſtrata: mul-tis in vita ſua miraculis claruit: et odorem ſanctitatis in longinquas regiones diffudit: adeo ut eugenius tercius Anaſtaſius q̃rtus. Adrian⁹ q̃rtus. ⁊ Alexander tercius romani pontifices eam ſcriptis ſuis crebro viſitantes. et ſe et romanã eccleſiam oracõibus eius cõmendarent. Eugenius quoq; tercius in concilio apud treuerim ha-bito ſancto bernardo et multis cardinalibus. epiſcopis. abbatibus. et clericis preſentibus. libros huius virginis publice coram omnibus lectos approbauit. tanquã di-uinitus inſpiratos et catholice fidei conſentaneos: et

ut cepto pſeueraret in propoſito eplis apoſtolicis admo
nuit. Scripſit autē multa opuſcula ex reuelacōne angeli
ca: de quibus extāt ſubiecta. In regulā ſancti benedicti
breuis explanatio li.i. Ad wibertū monachū de triginta
queſtionibus ſibi ab eo ꝓpoſitis li.i. Uita ſancti Ruperti
ducis et cōfeſſoris li.i. Uita quoqꝫ ſancti diſibodi epi hi-
bernienſis. qui ꝓ chriſto peregrinus in alemaniā veniēs.
in comitatu ſpanhemenſi multis miraculis clarus requi
eſcit. li.i. Sup euāgelijs dñicalibus homelias. lviij. cōpo
ſuit valde obſcuras et niſi deuotis et eruditis intelligibi-
les. Item de ſacramento altaris cōtra quoſdā hui⁹ tpis
hereticos. li.i. Uolumen quoqꝫ magnum quod ꝑnotauit
Sciuias: id eſt ſcito vias. ſcilicet dei et ſanctoꝝ de quibꝫ
valde ſubtiliter et religioſe diſputat. Aliud qd̄ inſcripſit
vite meritoꝝ opus non ſpernendū li.iij. Item aliud ſim-
plicis medicine ꝑnotatum li.i. Et aliud compoſite medi
cine ꝑtitulatum li.i. In his duobus mirabilia et ſecreta
nature ſubtili expoſitione ad myſticum ſenſum refert: ut
niſi a ſpū ſancto talia femina ſcire minime poſſet. Scrip-
ſit aliud volumen grande cuius titulus eſt. diuinoꝝ ope-
rum li.i. Ad clerū treuerenſ vrbis. de futuris eccīe cala-
mitatibꝫ li.i. Ad colonienſes quoqꝫ de eadē materia li.i.
Miranda in his ꝑdicit: tamē ſine determinacōne tpis.
Scripſit etiā ad petitionē quorundā ſacerdotū exhorta
torium ſeculariū li.i. Ad ſorores ſuas exhortacōnis li.i.
Ad monachos griſeos li.i. Carmina diuerſa dulci me-
lodia compoſita. Ad ſanctū bernardū clareuallen̄ eplam
vnā. Eplaꝝ quoqꝫ ad diuerſos li.i. E quibus legi centū.
triginta quiqꝫ. In quibus omībus doctrina catholica re
lucet: que vel fidem cōfirmet: vel inſtruat diſciplinā. Ui-
dimus in eodem volumine eplaꝝ multas lr̄as Conradi
tercij. et frederici primi imperatoꝝ. multorūqꝫ epoꝝ ma
guntinenſ. Treuerenſ. Colonienſ. Bremenſ. Hieroſo-
lymitani. Bambergenſ. Uuormacienſ. Spirenſ. et alio
rum pene innumerabiliū: qui ex diuerſis mūdi regioni-

bus fama ſanctitatis eius et diuinarũ reuelationũ ꝓuo-
cati. ꝑ nũcios et epiſtolas oracõnibus eius ſe cõmenda-
bant: et diuerſaꝝ queſtionũ ſolutionẽ ab ea querebant.
Moritur aũt ſub frederico imꝑatore primo. Anno dñi.
Millesimo.c.lxxx. Indictione.xiij.xv.kal.octobris. Eta-
tis ſue anno.lxxxij. Sepulta in medio chori iã dicti mo-
naſterij ſancti Ruperti.ante maius altare.

W Ernerus abbas monaſterij ſancti blaſij epi et martyris in nigra ſilua: ordinis diui pr̃is benedicti.conſtancienſ dioceſ: vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus et eruditus: et ſecularis lr̃ature non ignarus: ingenio ſubtilis et clarus eloquio: nec minus honeſtate morũ q̃ʒ ſcientia venerabilis. Scri-pſit ad edificationẽ poſteritatis opus celeberrimũ ex di-ctis ſanctoꝝ patrũ ſup euãgelijs de tempore ꝑ anni cir-culũ: qd̃ ꝓnotauit. deflorationẽ vel excerptionẽ ſanctoꝝ patrũ.li.i. Sermones etiã et plures et elegãtes cõpoſuit. in quibus ſe nobiliter exercitauit. Alia quoqʒ nonnulla edidit: que ad noticiã meã non venerũt.

T Heodericus abbas ordinis ſancti benedicti beate hildegardis quondã amator caſtiſſim⁹ vir tã in ſcripturis ſanctis q̃ʒ in lr̃is ſeculari-bus exercitatus et doctus: ingenio ꝓmptus. ſermone ſcholaſticus. Scripſit ad multoꝝ edificationẽ. Vitã eiuſdẽ hildegardis ſpõſe chriſti.li.iiij. Ep̃las quoqʒ varias ad diuerſos. Et quedam alia nobis incognita. Claruit temporibus henrici.vi. Anno dñi. M.cc.

C Eſarius monachus in heiſterbach. ordĩs ciſter-cienſ in dioceſi colonienſi.vir deuotus et regula-ris diſcipline amator ꝑcipuus: atqʒ in diuinis ſcripturis longo ſtudio exercitatus. Scripſit ꝓ edificacõ-ne nouicioꝝ (quoꝝ ex officio erat inſtitutor) ſimplici et aperto ſermone nonnulla opuſcula: quoꝝ lectio deuotis hoibʒ nõ eſt ſpernẽda. E quibʒ repperi ſubiecta. Volumẽ grãde dialogoꝝ de miracul' ⁊ diuerſ viſionibʒ ſuo tp̃e in

germania factis.li.xij. Item homelias ſup euãgelijs dñi-
calibus li.ij. In euãgelijs quoqꝫ de ſanctis li.i. Sermo-
nes et multos et varios ad inſtitutionẽ nouicioꝝ ptinen
tes li.i. Cetera que cõpoſuiſſe dicit̃: ad noticiã nr̃e lectio
nis minime venerũt. Claruit ſub frederico ſecũdo. Anno
dñi. Milleſimo.cc.xx.

Etrus de vineis. frederici imperatoris ſecũdi
p archicancellarius. vir in ſecularibꝫ lr̃is admo
dũ doctus et eloquẽs. Scripſit tã ex pſona ſui
qꝫ imperatoris. Epl'aꝝ ad diuerſos li.vi. De
poteſtate quoqꝫ imperiali li.i. Et quedã alia. Hic frederi
ci ptes ſemp defenſauit contra romanã eccleſiã ꝛ ſummũ
pontificẽ vicariũ chriſti: et ſepe in publico cõcilio coram
papa et pſulibus rebellionẽ ſui impatoris tanta eloquen
tia perorando excuſare conatus eſt: ut oẽs verteret in ad
mirationẽ. Sed tandẽ cõdigna mercede a frederico re-
muneratus eſt: cũ eũ de ſua curia expulit: et lumen illi et
oculos eruit. Hoc premiũ eoꝝ qui principibꝫ cõtra obe
dientiã romane ſedis et vicarij chriſti deſeruiunt: et poſt
hec niſi peniteãt ad inferos miſeri deſcendũt. Claruit ſub
eodem frederico.ij. Anno dñi. Milleſimo.cc.xxx.

Ordanus ordinis fratrũ pdicatoꝝ: poſt ſanctũ
i dominicũ magiſter generalis: vir in diuinis ſcri-
pturis exercitatus et ſufficienter eruditus: ver
bi dei pdicator egregius: et nõ minus ſancti-
tate qꝫ ſcientia venerabilis: q verbo ꝛ exemplo mltos ad
viã equitatis cõuertit. Scripſit inter cetera ingenij ſui mo
numẽta. multas ꝛ vtiles epl'as exhortatorias ad fratres:
in quibꝫ oĩus ſpũalis vite integritas conſpicit̃. Sermo
nes quoqꝫ valde vtiles cõpoſuiſſe dicitur. De inſtitucõne
quoqꝫ ſui ordinis librũ ſcripſiſſe fertur. Et quedã alia no
bis incognita. Claruit eodẽ tpe quo et ſanctus dñicus.
ſub frederico impatore.ij. Anno dñi. M.cc.xx

ſ Imon monachus cenobij haffligemenſ. ordi-
C Onradus dictus henſel patria haſſo natus ex oppido caſſel. paſtor et rector eccl̄ie franckfordenſis. ſacre theologie iuriſq; canonici doctor ꝛ celeberrimus interpres. ingenio ſubtilis ſermone compoſitus: qui primū in gymnaſio erffordenſi hauſtis lr̄is ph̄iam aliquādiu publice docuit: deinde in paleſtra griſualdenſi ſacras litteras docens magnā eruditionis ſue gloriā acquiſiuit. Poſtremo inſignis imperialiſq; vrbis franckfordenſ eccleſiam adeptus verbo et exemplo plebem ſibi cōmiſſam vſq; in hunc diem multis annis ſtrēnue gubernat. Scripſit multa p̄clara volumina: de quibus extant ſubiecta. Super ſententias. li. iiij. In epiſtolas quoq; canonicas. li. vij. In cantica canticorum. li. i. De penitentia ieiunio et oracōne. li. i. De fide ſpe et charitate li. i. De quattuor virtutibus quas cardinales vocant. librum vnum. De ſanctificatione ſabbati. librū vnum. Super euangelijs et epiſtolis dn̄icalibus

per anni circulum.li.i. Sermones multi et varij.li.ij. De pceptis quoqꝫ eccle et veritate euangelica li.i. De interdicto li.i De libertate ecclastica li.i. Contra hereticos et maleficos li.i. Contra huſſitas bohemos.li.i. Ad archiepm colonieñ in officiũ miſſe.li.i. Ad eundẽ ſup pſalterio ſecundũ quadruplicem expoſitionẽ li.i. Ex ptibus ſancti thome cõflauit.li.i. In apocalypſin iohãnis lecturã incepit quã in gymnaſio magũtino cõtinuabit. Scripſit etiã notabiliter ſup libros economicoꝝ ariſtotelis. Queſtiones inſuper ethicoꝝ notabiles diſputauit ꝛ ſcripſit. Alia quoqꝫ multa compoſuit que ad noticiã meã nõ venerũt. Uiuit adhuc ferme ſexagenarius in ciuitate franckfordenſi.ſub maximiliano rege. Anno dñi quo iſta ſcribim⁹ Milleſimo.cccc.xcv.

Ohannes gotfridi de odernhem paſtor eccle diue katherine in oppenhem nõ longe a magũciaco.ſacre theologie baccalarius.vir tã in diuinis ſcripturis q̃ꝫ in ſecularibꝫ lr̃is egregie doctus: ingenio ſubtilis et clarus eloquio: in declamandis ad populũ ſermonibꝫ celeberrime opinionis. Scripſit multos ꝛ varios tractatus. quos necdũ in lucẽ venire paſſus eſt. Sermones quoqꝫ p anni circulũ et de varijs materijs multos et elegantes cõpoſuit. Epl̃as tã ad me q̃ꝫ ad alios ſcripſit eloquij venuſtate cõpoſitas. Multos deniqꝫ veterũ auctorũ tractatus in vernaculã linguã de latino ſermone cõuertit: non minori eloquentia q̃ꝫ reppe rit: ſi tamen theutonice lingue lepos et ornatus cõcedantur ineſſe. Uidi ex his tulliũ de natura deoꝝ.quẽ tranſtulit ad inſtantiã ſtrẽnui militis frederici camerarij dalburgij nõ minus eleganter q̃ꝫ docte. Auguſtinũ quoqꝫ de ciuitate dei ad eundẽ fredericũ trãſferre incepit: et. xij. ferme libros iam conſũmauit. Alia quoqꝫ multa ſcripſit et tranſtulit: que ſuo tpe in lucẽ ventura ſunt. Uiuit adhuc ſenectute bona in oppenhem varia ſcribens.ſub maximiliano rege. Anno dñi quo iſta ſcripſimus. Mill'.cccc.xcv.

w Ernerus rolevinck de laer: patria weſtphalus ex dioceſi monaſterienſi oriundus: monachus ordinis carthuſienſ: domus ſancte barbare in colonia agrippina: vir in diuinis ſcripturis ſtudioſiſſimꝰ: et valde eruditus: ingenio ſubtilis: vita et cõuerſatione deuotus. Scripſit multa p̄clara volumina: de quibus extāt ſubiecta. In om̄es ep̄las pauli tria magna volumina: qd̄ opus p̄notauit doctrinā pauli. li. xiiij. Uita pauli. li. vij. Paradyſus cõſcientie. li. i. De ſacramento altaris et valore miſſarū li. i. Ad iohannem ep̄m monaſterienſem. formula timoratoꝝ epoꝝ li. i. Formula viuendi canonicoꝝ et p̄ſbyteroꝝ ſecularium. li. i. De dignitate et poteſtate ſacerdotū li. i. De vera nobilitate et eius origine li. i. Ad euerwinū comitē de benthem de optimo genere gubernandi rempublicā li. i. De regimine ruſticoꝝ li. i. De hoſpitalarijs ⁊ operibus miſericordie vacantibus li. i. De fraterna correctione et viſitatione monaſtica atq3 de his q̄ impediūt bonū ꝓceſſum eius li. i Queſtiones duodecim de his quibus cõuenit tractare ſacrā ſcripturā et de gradibus q̄ cõferūtur in ſcholis li. i. Queſtiones decem de profectibus religioſoꝝ li. i. Octo queſtiones li. i. Faſciculus tempoꝝ cū circulis ab exordio mūdi vſq3 ad tempora ſixti pape quarti li. i. De laude weſtphalie et eius cõuerſione ad fidē li. i. De origine friſonū li. i. De cõtractibus an ſint liciti li. i. De kalendario et martyrologio li. i. Regule viginti ꝓ p̄latis vtiles li. i Sermo longus de ſancto benedicto dudū impreſſus. qui ſic incipit. Ego in innocentia mea ingreſſus ſum. Queſtio ſi chriſtus in cruce orauerit ꝓ om̄ibus li. i. De excellentia alberti magni li. i. Ad quendā nr̄i ordinis abbatem qui coactus fuit ſuſcipere ep̄atum li. i. De fraternitate vulgari ſimul cõuiuantiū li. i. De nouicijs inſtituendis li. i. De differentia paſſionū et q̄d ſit paſſio li. i. De ſecuritate licentie p̄latoꝝ li. i. De ſanctis deſiderijs et modo ſe habēdi in illis li. i. De cõtemplatione ſimplicū li. i.

De horis canonicis deuote pſoluendis li.i. Sermones multi ſynodales: capitulares et populares quoꝝ incertus eſt numerus. Scripſit etiã tam ad me ꝙ̃ ad alios pene infinitas epl'as. Hec ſunt que ſe ſcripſiſſe mihi nuper cõfeſſus eſt. Anno etatis ſue.lxx. cõuerſionis vero.xlviij. cũ in eius cella eſſem: ſub maximiliano impatore.et alexandro papa ſexto. Anno dñi. Mill'.cccc.xcv. Indictione.xiij. ſexto Idus maij. Multa ꝑterea in manibus adhuc verſat impfecta: ſuo tempore pficienda.

Ohannes de keyſerſberg: pſbyter et pdicator inſignis eccle argentinenſ: vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus et eruditus: et in ſecularibus lr̃is egregie doctus: ingenio ſubtilis: ſermone diſertus: vita et cõuerſatione preclarus: veritatis preco impterritus: virtutis amator: hoſtis viciorꝝ: q̄ ſcelera improborꝝ ſepe vſq; ad inuidiam libera voce pſequutus eſt. Scripſit nõnulla pclara opuſcula: e quibus tamen adhuc pauca in lucẽ venire paſſus eſt. Extant eius pulcherrimi ſermones ad populũ. li.ij. De cõmunicãdis his q̄ vltimo ſupplicio plectũtur li.i. De amouendis cõcubinis etiam ſi vterq; cõtinere decreuerit li.i. De hoc ꝙ pueri nõ ſunt inſtigandi ad religiones in quibus regula non ſeruat. Contra ſtatutũ quo teſtamentũ ciues facere phibentur. De decem pceptis. De ſeptẽ peccatis mortalibus. Orationes varie ad clerũ.li.i. Scripſit etiã tã ad me ꝙ̃ ad alios multas ornatiſſimas epl'as. Cetera eius opera in noticiã meã non venerunt. Hic magnis ſumptibus et diuturno labore collegit opera iohannis de gerſon quondã cancellarij pariſienſis: quorum ex gallia tandem ad nos multa perduxit: diuidens ea in tres partes ordine pulcherrimo: tabulãq; omniũ librorum ſatis vtilem conficiens: id totum impreſſure donauit. Unde merito ab om̃ibus eruditis et deuotis ſingulariter eſt amãdus: qui ſuis laboribus et impenſis tot volumina eruditiſſimi deuotiſſimiq; doctoris produxit in lucem.

Uiuit adhuc quinquagenarius in ciuitate argentinensi: sub maximiliano imperatore. Anno domini quo nos ista scripsimus. Mill.cccc.xcv. Indictione.xiij.

Johãnes wyrici de nussia oppido coloniens dioces oriundus: ordinis fratrũ beate marie semp virginis de monte carmeli: cõuentus coloniens: prior prouincialis inferioris alemanie diuinarũ scripturarum doctor et interpres eruditus: et phie aristotelice sagacissimus enucleator: ingenio promptus: sermone compositus: vita et cõuersatione deuotus: disputator acutus: et diuini verbi predicator egregius. Scripsit quedã cõmendanda opuscula: quibꝫ se psentibus vtilem et futuris memorabilem fecit. E quibꝫ extat volumen insigne sup sententias.li.iiij. Sermones quoqꝫ multi ad populũ. Et varie questiones in scholis disputate. Sed et quedã alia: suo tpe in lucẽ pducenda. Uiuit adhuc etate virili Colonie residens: sub Maximiliano imperatore. Anno dñi. Mill.cccc.xcv. Indictõne.xiij.

Johannes camerarius dalburgius eps wormaciensis: iurecõsultus celeberrimus: et tã in diuinis scripturis qꝫ in secularibus lrĩs eruditissimus. in tribus linguis principalibus. hebrea. greca et latina peritus: rhetor et poeta clarissimus: ingenio subtilis: eloquio disertus: et multarũ rerũ experientia insignis: qui nobilitatẽ generis sui moribus et doctrinis magnifice illustrat. Scripsit et scribit tã metro qꝫ prosa quedã excellentis ingenij opuscula: que necdum in lucem venire passus est: propterea qꝫ reipublice negocijs nimiũ occupatus: ea nõ vsqꝫ adeo ut sui ꝓpositi est pficere potest. E quibꝫ tamen aliqua nobis innotuerũt. Carmen saphicũ de morte rudolphi agricole preceptoris sui greci viri doctissimi. li.i. De origine ⁊ racõne monete. li.i. Orationes elegantes qꝫ plures. Carmina quoqꝫ et epigrãmata multa. Sed et eple plures ornatissime ad diuersos. Et quedã alia. Uiuit adhuc quadragenarius. et

tam grece q̄ȝ latine varia cōſcribit: ſub maximiliano imperatore. Anno dn̄i quo hec ſcripſimus. Mill.cccc.xcv. Indictione.xiij.

Iohannes de arundine ordinis fratrū beate marie ſemp̄ virginis de monte carmeli: cōuentus mechlinienſ: ep̄s yſbitenſis: vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus et eruditus: atq̄ȝ in ſeculari ph̄ia (quā ariſtotelicā vocant) egregie doctus: ingenio ſubtilis: eloquio clarus: declamator ſermonū popularū inſignis. Scripſit multa preclara volumina: de quibus feruntur ſubiecta. Lectura notabilis in librū ſapientie.li.i. In epiſtolā pauli ad romanos li.i. Sermones ſup̄ pſalmo.beati immaculati li.i. Sermones quoq̄ȝ de tp̄e et de ſanctis li.ij. Alia quoq̄ȝ multa ſcripſiſſe dicitur: que ad noticiā meā nō venerūt. Uiuit adhuc in ciuitate traiectenſi inferiori vicarius ep̄i loci in pontificalibȝ exiſtens: ſub Maximiliano imperatore. Anno dn̄i quo hec ſcripſimus. Mill.cccc.xcv. Indictione.xiij.

Iohannes capnion alias reuchlin.ex pforcen oppido ſueuie oriundus: p̄ceptor meus grecus: legū imperialiū doctor eximius: ac illuſtris ducis eberhardi de wirtenberg cōſul cū facundiſſimus: tum iuris fideiq̄ȝ integerrimus: om̄is antiquiſſime ph̄ie et litterature indagator ſolertiſſim⁹: triū principaliū linguaꝝ hebraice ſimul et chaldaice.grece pariter et latine interpres peritiſſimus. Gallicane etiā atqȝ policioris noſtre vernacule in primis clarus: et tā in diuinis ſcripturis q̄ȝ in ſecularibus lr̄is om̄ifariam doctiſſimus: quippe q̄ grecoꝝ hebreorūq̄ȝ ſecreta myſteria multis iam annis enixiſſime penetrauit. Dignus p̄fecto qui ſolis lr̄is: nō etiā pſtrepenti populari curie incumberet. Nullū eni̅ nobis nō modo italia: ſed nec ſeculū quidem noſtrū huic tanto viro parem obijceret. Scripſit multa p̄clara volumina: quibus memoriā ſui poſteris cōmendauit. Inter qua extat volumen nō minus eloquentia q̄ȝ

doctrina inſtructū: qd ſcripſit ad dn̄m iohannem camerariū dalburgiū antiſtitem vangionū. de om̄ibus ſecretis et portentis myſterijs ph'ie grece hebraice et chriſtianorū. qd ꝑnotauit ex noīe familie ſue greco titulo capnion ſiue de verbo mirifico. li. iij. De ꝑexercitamentis rhetorices. li. i. De diuerſitate quattuor idiomatū grece lingue. li. i. Epigrāmaton ⁊ elegiarū li. i. Oratio funebris in mortem Rudolphi agricole. Ep'las tam ad me q̄ȝ ad alios et orationes ſcholaſticas ſine numero plures compoſuit. Multa ꝑterea vtilitati nr̄e cōmuni e greco in latinū vertit opuſcula. Xenophontis apologiā ꝓ ſocrate. Itē neſtoriū hereticū quē ſanctus Cyrillus ep̄us in cōcilio epheſino cōuicit. Cōfeſſionem quoq; cuiuſdā Cypriani greci. Proclum de laudibus beate marie ſemꝑ virginis. Luciani aliquos mortuoꝝ dyalogos. Euiſdem dyalogū de cōcilio deoꝝ. Monomachiam quoq; iliados homeri de paridis et menelai duello: in linguam germanicā metrice vertit. Item epiphaniū de vita ⁊ morte ꝓphetarū latinū fecit. Maximū quoq; tyrium platonicū ph'm: in oratione. Si deus fecit bona: vnde veniāt mala. Alia inſuper nōnulla traduxit: que a memoria nr̄a iam tulit obliuio. Uiuit adhuc apud ſtuckardiam vinculo ligatus vxorio: l'ris tamen nihilominus incūbens et varia ſcribēs Sub Maximiliano imꝑatore. Anno dn̄i quo hec ſcripſimus Milleſimo. cccc. xcv. Indictione. xiij.

w

Ilhelmus de velde patria gelrenſis: canonicus ordinis regulariū ſancti auguſtini in frākendael wormacienſis dioceſ: vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus et eruditus: et ſecularis l'rature nō ignarus: ph'us ⁊ aſtronom⁹: coſmographuſq; celebris opinionis: ingenio ꝓfundus. acutus ⁊ valde ſubtilis: ſermone cōpoſitus: vita et conuerſatione deuotus. Scripſit et ſcribit quedā ꝑpulchra et mirāda volumina: quibus acrimoniā ingenij ſui legentibus patenter oſtendit. E quibus mihi nuper exhibuit iſta. Statuta ſororꝝ

ordinis ſui.li.i. Opus ſubtiliſſimū de toto vniuerſo.id eſt de mūdi principio: medio: et fine. quod p̄notauit empyreale maius li.xxiij. Item compendiū huius operis. qđ p̄notauit empyreale minus li.vij. Tabulas quoqꝫ multas in diuerſis materijs non minus vtiles q̄ꝫ ſubtiles. Sermones etiā complures ad populū. Epigrāmata et diuerſa carmina. Sed et quedā nō abijcienda in mathematica. Ep̄l'as quoqꝫ plures ad me et ad alios. Deniqꝫ et alia nōnulla compoſuit: que ſuo tp̄e venient ad lucem. Uiuit adhuc quinquagenarius in dyrmſtein villa wormacienſ territorij plebanus exiſtens: ſub Maximiliano imperatore. Anno dn̄i quo nos iſta ſcripſimus. Milleſimo.cccc.xcv. Indictione.xiij.

p Etrus bolandus laudenburgenſ: plebanus in oppido ſchrieſhemenſi wormacienſ diocesis: vir vndecūqꝫ doctiſſimus: ph̄us inſignis: mathematicus. theologus et poeta celeberrimus: ingenio promptus: eloquio diſertus: carmine excellens et proſa: declamator quoqꝫ ſermonū egregius. Scripſit nōnulla p̄clara volumina: quibꝫ memoriā ſui poſteris cōmendauit. Pauca tamē ex his in noticiā meā p̄uenerūt. Carmen ſaphicū p̄ frederico imp̄atore tercio. Saphicū in mortē rudolphi agricole. Epigrāmata innumera ex ſententijs ſenece et platonis. Saphicū longū in diuam mariā. Heroicū in opus de triplici candore. Heroicū in opus noſtrū de miſeria p̄latoꝝ. Elegiaca. ſaphica. et ep̄l'as ad iohannem Camerariū dalburgium ep̄m ſuū wormacienſem ſcripſit. Carmen ad ſcholaſticos heydelbergeñ exules. ob peſtem. Epigrāmaton et elegiarum pene innumerabiliū.li.i. Sermones p̄terea multos et oracōnes elegantes. atꝫ ornatiſſimas ep̄l'as plures ad diuerſos. Multa quoqꝫ alia ſcribere dicitur: ſed celare. Uiuit adhuc in ſchrieſhem non longe ab heydelberga annos etatis habens .l. Sub maximiliano imperatore. Anno dn̄i quo hec ſcripſim⁹. Mill'.cccc.xcv. Indic.xiij.

Ohannes bertram Nuenburgensis: georgij
molitoris de nuenburg quondā auditor atq;
discipulus. vir in diuinis scripturis studioſus
et eruditus: et in seculari phia probe inſtru=
ctus. ingenio clarus: eloquio compoſitus: primū erffor=
die et nūc in gymnaſio maguntino theologiā publice do
cens multoſq; erudiens. Scripſit in ea facultate quedā
pclara opuſcula: quibus memoriā sui poſteris cōmen=
dauit. E quib; extat volumen grande et inſigne sup plo
go biblie quē galeatū vocant: qd ordinarie magūcie le=
git. li. i. Oracōnes quoq; multas ſcripſit et habuit ad cle=
rum li. i. Ad bertholdū archiepm maguntinū longā edi=
dit epiſtolā in modū libelli: de valore miſſarū li. i. Que=
ſtiones etiā varias diſputatas in ſcholis enodauit. Scri=
bit iam et legit ordinarie In epl'as pauli. Legerat antea
p decenniū ferme In geneſim opus magnū et iucundū.
Uiuit adhuc in gymnaſio magūtino annū etatis quintū
et quadrageſimū ptergreſſus: ſub Maximiliano rege.
Anno dñi quo hec ſcribim⁹. Mill. cccc. xcv. Indic. xiij.

Udolphus de euſchringen cancellarius reue
l rendiſſimi dñi iohannis badenſ archiepi tre
uerorū. vir vndecunq; doctiſſimus: et omnis
antiquitatis cultor ⁊ indagator ſolertiſſimus:
phus ſummus: iuris interpres ſagaciſſimus: et diuina=
rū ſcripturarū amator et enucleator diſertiſſim⁹: ingenio
ſubtilis et promptus: ſermone ornate cōpoſitus: vita et
conuerſatione pſbyterio dignus. Scripſit ornatiſſimas
oracōnes corā diuerſis principibus a ſe habitas. Epl'as
quoq; tā ad me q; ad alios diuerſos ⁊ multas et elegan=
tiſſimas. Et quedā alia mihi adhuc prorſus incognita.
Qui vtinā lr̄is tam vacare poſſet at; curis reipublice co
gitur: parem erudicōne et librorū edicōne tellus nr̄a mo
ſellana haberet neminem. Uiuit adhuc apud archiepm
ſuū treuerenſem: cuius illuſtre nomen ingenio ⁊ pruden=
tia ſua illuſtrius reddit. ſub Maximiliano imperatore.

Anno dñi quo hec ſcribimus. Mill.cccc.xcv. Ind.xiij.

b Einricus euticus francus orientalis de monte norico alias nurenberga oriundus: artiũ phie et medicine doctor peritiſſimus: q̃ multo tpe in augusta. et nũc in franckfordia practicam artis ſue pfitetur: vir certe vndecũq̧ doctiſſimus. ingenio ſubtilis. eloquio diſertus: metro excellens et pſa: Scripſit diuerſo genere metri opus terſum ⁊ nitidiſſimũ qd̃ pnotauit. Scõmata ſeu vrbanos et lepidos iuuenum iocos. li.i. Satyram quoq̧ in ſophiſtas dialecticos ⁊ humanitatis ſtudij inimicos li.i. In laudes beate marie ſp virginis li.i. Epigrãmata quoq̧ varia. Et multas ad diuerſos ornatiſſimas epl'as. Et alia plura nobis incognita. Viuit adhuc in imperiali ciuitate franckfordenſi publico ſtipendio cõductus: ſub Maximiliano rege. Anno dñi quo hec ſcripſim⁹. Mill.cccc.xcv. Indictione.xiij.

g Eorgius de gemmyngen ppoſitus ecc'ie ſpirenſ: vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus et eruditus: atq̧ in ſecularibus lr̃is egregie doctus. pfeſſor vtriuſq̧ iuris: phus quoq̧ et rhetor celeberrimus: ingenio promptus. ſermone diſertus: vita et cõuerſatione maturus. Scripſit quedã p̃clara ſyntagmata: quibus et ingeniũ ſalubriter occupat: et memoriã ſui poſteris cõmendat. Celat tamen que ſcribit: vel ut typũ inanis glorie fugiat: vel ea que ſcripſit lima maturi examinis caſtiget. Nobis em̃ pauca eius innotuerũt. De ratione monomachie. li.i. De machinis quoq̧ bellicis. li.i. De cura equoꝝ et militũ. li.i. Oracões elegantes in ſynodis ⁊ alias habite. Preterea multas epl'as tam ad me q̃ ad alios omni lepore plenas edidit: quibus quantum valeat. tũ erudicõne tum eloquentia: tumq̧ multarũ rerũ experientia facile patet legentibus. Viuit adhuc in eccl'ia ſpirenſi annos etatis habens quinq̧ et triginta. ſub maximiliano imperatore. Anno domini quo hec ſcripſimus Milleſimo. cccc.xcv. Indictione.xiij.

ſ Ebaſtianus ticio alias brant: ciuis argenti-
nenſis: vtriuſq; iuris doctor inſignis: et tam
in diuinis ſcripturis q̄ in alijs lr̄is humani-
tatis eruditiſſimus: poeticā non mediocriter
callens: ingenio ſubtilis. eloquio diſertus: cōſilio et actio
ne ꝑſpicuus: qui ſua eruditione atq; lucubracōnibus in-
clytam baſileam germanie nr̄e vrbem mirū in modū exor
nat. Scripſit tā metro q̄ proſa multa p̄clara opuſcula:
quibus nomen ſuū longe lateq; diuulgauit. E quibz ex-
tant ſubiecta. Sup titulis vtriuſq; iuris. li. i. Ad maximi
lianū rhomanoꝝ regem opus proſaicū inſigne de origi
ne et cōuerſatione bonoꝝ regum. et laude ciuitatis hiero
ſolyme: cū exhortacōne eiuſdem recuperāde. li. i. Ad eun-
dem epilogus regū hieroſolyme. carmine elegiaco. li. i.
Jn laudem glo'ſe virginis marie multorūq; ſanctoꝝ va-
rij generis multa carmina. li. i. Varioꝝ epigrāmaton. li. i.
Carmen ſaphicū in librū noſtrū de miſeria p̄latorum.
Contra aduocatos calumniantes. De captiuitate regis
maximiliani. Cōmendaticia carmina in varias impſſio-
nes. Compilauit p̄terea mira arte ꝛ induſtria vulgari ta
men et vernacula lingua libellū quendā: quē nauem nar
ragonie appellauit. Jn quo cauſam et radicē omniū ſtul-
ticiaꝝ adeo eleganter expreſſit: mores ſtultoꝝ carpit: et
quedā ſingulis remedia tradit: ut nō iure ſtultoꝝ librū:
ſed diuinā potius ſatyram opus illud appellaſſet. Neſcio
eñ ſi qđ tempeſtatis nr̄e vſibus aptius aut iocūdius le-
gi poſſet. Aiūt eñ magnope anniti: vt et latine carmīe
pariter et oracōne ſoluta illud q̄ primum prodeat. Viuit
adhuc apud baſileam annos etatis habēs. xxxvij. cuiuſq;
opera et induſtria impſſores plurimū in exornandis li-
bris ſuis vtūtur. Varia eñ cōſcribit ſub Maximiliano
imperatore. quem ſingulariter diligens plura de eo et ad
eum ſuauiſſima (etiā ſecreta ut aiunt) carmina condidit.
Anno dñi quo hec ſcripſimus. Milleſimo. cccc. xcv. Jn-
dictione. xiij.

c Onradus ſumenhart ſacre theologie pfeſſor eximius: in ſcripturis ſanctis ſtudioſus ⁊ eruditus. et ſecularis phie non ignarus: atqꝫ in iure canonico egregie doctus: ingenio ſubtilis: ſermone compoſitus: qui diuinas lr̄as ordinarie legit et docet in gymnaſio tubyngenſi. Scripſit nonnulla pclara opuſcula: quibus ſe pſentibus vtilem. poſteriſqꝫ memorabilē reddidit. E quibus extat ſumma notabilis de cōtractibus quantū ad cōſcientie forū ptinet et theologicā deciſionē pluſqꝫ p centū queſtiones diſtincta. li. vij Oratio quoqꝫ nō inelegans de reformacōne monachorum. Cetera que ſcripſit vſqꝫ adeo celare ſemp ſtuduit vt ne mihi quidē amicicie fedus ea reuelare vnqꝫ potuerit. Eplas ad me et ad alios plures dedit. Uiuit adhuc regens theologicā ſcholam in gymnaſio tubyngenſi. oppido ſireuie ducis eberhardi wyrtenbergenſ: et varia conſcribit. ſub Maximiliano rege. Anno Mill. cccc. xcv.

c Onradus celtis protucius: francus orientalis: ex ſweinfordia natus: vir vndecūqꝫ doctiſſimus. phus clarus: orator facūdus. aſtronomus et coſmographus inſignis: et poeta laureatus. diuinarū quoqꝫ ſcripturaꝝ nō ignarus. grece et latine lingue peritus: ingenio excellens ⁊ diſertus eloquio. Scripſit metro et proſa multa pclara volumina: quibus memoriā ſui poſteris cōmendauit. E quibꝫ mihi aliquādo legit ſubiecta. Ad maximilianū regē in vtrāqꝫ Ciceronis rhetoricā. epitoma id eſt compendiū ſeu breuiariū. li. i. Carmen de laudibus eloquentie. li. i. De arte verſificandi. li. i. De cōdendis eplis. li. i. De ſitu vrbis norici montis. qd opus Nurenbergam pnotauit. li. i. Peregrinationem ſuā ſarmaticam. li. i. Carminū ſeu epigrammaton. li. iiij. Amorum qui ſecundū quattuor germanie latera iſtule inſcribuntur. li. quattuor. Panegyrin duci bauarie. li. i. Carmen ſaphicum in vitam ſancti ſebaldi patroni Nurenbergenſium. librū vnū. Germaniam. li. i.

Oꝛacões multas et varias.li.i. Ep̄las tam ad me q̄ʒ ad alios. multas elegantiſſimas metro et proſa edidit: et in coſmographia cuius ſcientiſſimus eſt varia ſcripſit: que poſthac in lucem ſuo tp̄e ventura ſunt. Uiuit adhuc in gymnaſio engolſtatenſi in bauaria oꝛdinarie leges in poeſi et oꝛatoꝛia. Annos habens etatis.xxxv.ſub. Maximiliano imp̄atoꝛe. Anno dñi quo hec ſcribimus. Milleſimo.cccc.xcv. Indictione.xiij.

Johannes de veteri aqua. alias de gauda. patria hollandinus: educatione brabantinus. oꝛdinis fratrū beate marie ſp̄ virginis de mōte carmeli: cõuentus mechlinienſ. hoc tēpoꝛe ſupprioꝛ caſſellenſ in haſſia: vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus: et longa exercitatione peritus: in declamandis ad populū ſermonibꝫ excellentis ingenij: oꝛdiniſq̄ʒ ſui feruens amatoꝛ cultoꝛq̄ʒ deuotus. Scripſit ad multoꝝ fratrū inſtantiā et edificationē. de inicio ꝛ ꝓfectu oꝛdinis ſui cõmendabile opus. qđ p̄notauit. Faſciculū tempoꝝ tripartitū oꝛdinis carmelitarū.li.iij. In quoꝛū primo heliā et ꝓphetas oꝛdinis carmelitici fundatoꝛes extitiſſe ꝓbat. in ſecūdo ſanctos et canoniſatos ex eodem enumerat. in tercio ſucceſſiones prioꝛū generaliū tocius oꝛdinis ſui ſecundū tp̄a locat. Scripſit etiā de puriſſima ſp̄ cōceptione beate marie ꝟginis.li.i. Sermones quoq̄ʒ innumeros ad populū li.ij. Ep̄las tā ad me q̄ʒ ad alios pene infinitas. Scripſit p̄terea multas ep̄las cōtra quendā wigandum oꝛdinis p̄dicatoꝝ cõuentus franckfoꝛdenſ lectoꝛē: conceptionē puriſſimā dei genitricis temere impugnantem. Is eñ ſeptimū cap̄lm tractatus nr̄i de ſancta anna veſana loquacitate impugnās. cōtra me ſcripſit longā et procacem ep̄lam. in qua ſe penſantē manus ſubſcripſit. et nomen ſuū ꝓprium fraudulenter ſubticuit. cuiꝰ temeritati tum p̱ iſtū iohannē carmelitā: tū p̱ alios viros eruditos ſatis admodū eſt reſponſum. Ego eñ vnas tantū lr̄as reſcribēs: nolui diucius cū battologo cōtendere verbis

Cetera vero que Iohãnes iſte cõpoſuit: in manus nr̃as non venerũt. Uiuit adhuc in cõuentu caſſellenſi ſupprioris gerens officiũ et varia conſcribit. Annos etatis habens pluſq̃ ſexaginta: ſub Maximiliano imperatore. Anno domini quo hec ſcripſimus. Milleſimo.cccc.xcv. Indictione.xiij.

r Utgerus ſicamber de venray patria gelrenſ: ordinis canonicoꝝ regulariũ ſancti auguſtini: cenobij diui apl̃i petri dumetenſ. vulgariter heynenſ: nõ longe a wormacia: vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus et eruditus: et in ſecularibus lr̃is egregie doctus: ingenio acutus: ſermone diſertus: vita et cõuerſatione deuotus: metro excellens et proſa. Scripſit tam carmine q̃ oracõne ſoluta. multa cõmendanda opuſcula: quoꝝ lectio nõ minus vtilis eſt q̃ iucunda. Ex his legi ſubiecta. Dyalogũ de inſtitucõne puerili. li.ij. Dyalogũ de inquiſitione beate vite li.ij. Hymnorum de ſancta maria vario genere metri. li.ij. qui cõtinent ferme duodecim milia verſuũ. Dyalogũ de vario vſu litterarũ li.ij. Dyalogũ de re mirabili li.ij. Dyalogũ de rebus et nouis et iucundis li.ij. Dyalogum de metroꝝ generibus li.ij. Dyalogum de latinoꝝ verboꝝ accentibus li.ij. Panegyrin ad me li.ij. Dyalogum de fraternitate roſarij. li.ij. Epigrãmaton quoq̃. li.i. Dyalogũ ad me conſolatoriũ ſuarũ tribulationũ et calamitatũ horũ temporũ. in quo ſeip̃m noſtris verbis inuicẽ quondã prolatis cõſolatur. ſup eo q̃ pellatur de cenobijs amor et ſtudiũ lr̃aꝝ odioq̃ ſint prelatis monachoꝝ fratres ſtudioſi et eruditi. li.i. Item dyalogũ ad me de moduloꝝ ſuoꝝ expoſitione in hymnis marie dei parentis. vbi duo et quinquaginta metroꝝ genera inducit et exponit li.i. Ad dñm iohãnem dalburgiũ ep̃m wormacienſem carmen heroicũ et ſaphicũ. li.i. Epiſtolas tã ad me q̃ ad alios pene innumerabiles. Contra fratrẽ penſantem manus ordinis p̃dicatoꝝ ſupradictũ puriſſimam conceptionẽ dei genitricis

impugnantē epl'as multas edidit et verſus. Et quedam alia que adhuc in manibus eius imꝑfecta verſantur. Ui uit adhuc annos etatis habens ferme quattuoꝛ et qua-draginta. in cenobio heynenſi woꝛmacienſ dioceſis: ſub Maximiliano rege. Anno dn̄i quo hec ſcribimus. Mil leſimo.cccc.xcv. Indictione.xiij.

i Acobus Uimpfelingus Sletſtatinus pſbyter in eccleſia ſpirenſi: vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus: et in ſecularibus litteris egre-gie doctus: theologus.phus.oꝛatoꝛ.et poeta celeberrimus: qui primum erffoꝛdie deinde heydelberge phiam et ſacras lr̄as publice docuit: magnāqꝫ eruditio-nis ſue gloꝛiā acquiſiuit. Uir inquā vndecūqꝫ doctiſſim⁹: ingenio ſubtilis: eloquio diſertus: qui et metro excellit et proſa. Scripſit vtroqꝫ genere mlt'a p̄clara volumina: qui bus nomen ſuū longe lateqꝫ diuulgauit. E quibus extāt ſubiecta. Ad dn̄m bertholdū archiep̄m maguntinū. ſcri-pſit volumen celeberrimū hexametro et pentametro ele-gantiſſime de triplici candoꝛe beate marie ſemꝑ virginis contra impugnātes puriſſimam conceptionē eius. li.i. Item ad theodericū greſemundū iunioꝛem maguntinū p̄cepta rhetoꝛices. li.i. Laudes inſignis eccl'e ſpirenſ li.i. Poſtilla breuis in ſymbolū athanaſij. li.i. Legendam et officiū de cōpaſſione beate marie ſꝑ virginis ad inſtan-tiam ludouici ep̄i ſpirenſis compoſuit: qui idip̄m in ſua dioceſi publice cantare inſtituit. De arte quoqꝫ poetica tractatū vtilem edidit: qui multū mendoſe ad finem grā matice noue ſine auctoꝛis noīe impſſus eſt. Hiſtoꝛiā ſtyl phontis cuiuſdā idiote li.i. Carmen quoqꝫ de nūcio an-gelico. li.i. Prothimologiam de bono modo predicandi opus probe inſtructū ex fontibus oꝛatoꝝ. li.i. Iſodoniū germanicū de faciliori pueroꝛū inſtitutione. li.i. Oꝛatio-nem cōtra inuaſoꝛes ſacerdotū. Oꝛationē pro immunita te eccleſiaſtica. Oꝛationē ad cardinalē toꝛnaceñ. Oꝛatio nem ad raymundū nunciū indulgentiarū. Oꝛationē ad

gymnoſophiſtas heydelbergeñ de ſancta catherina. Ora
tionẽ ad eoſdẽ de ſpiritu ſancto. Orationẽ ad eoſdem de
aſſumpcõne diue parthenices. Orationẽ ad ſynodũ wor
macienſem. Orationẽ ad ſynodũ ſpirenſem. Orationẽ ad
ſynodũ ruralem ſletſtatenſem. Orationes multas in de
canatu et rectoratu ſuo gymnaſij heydelbergeñ et princi
pijs ſentẽtiaꝝ. et vtriuſqꝫ teſtamenti. atqꝫ in ꝓmotione li
cenciandorũ. Oracõnes etiã multas ex ꝑſonis aliorum.
Orationẽ ꝓ rege francoꝝ. Ep̄las tam ad me q̄ꝫ ad alios
pene innumerabiles. Ex ꝑſona frederici comitis palati
ni: ludouici ep̄i ſpirenſ et alioꝝ multas ep̄las ad roma
nos imꝑatores et pontifices ſcripſit. Queſtiones quoqꝫ
varias. Carmen heroicũ ad eberhardũ ducem wirten
bergenſem. Epigrãmaton. li. i. Contra fratrẽ penſantem
manus: conceptionẽ dei genitricis et baſilienſe cõcilium
cõtemnentẽ. impugnantẽ. et proijcientẽ elegãtes ⁊ inſtru
ctas cõſcripſit epiſtolas. Uiuit adhuc in ciuitate ſpirenſi.
Annos etatis habẽs. quiqꝫ ⁊. xl. ſub maximiliano impa
tore. Anno dñi qñ hec ſcripſimꝰ. Mill'. cccc. xcv. Ind. xiij

Philippus alberti de nuſſia oppido colonienſ
dioceſ oriundus: ordinis fratrũ beate marie
ſp̄ v̄ginis de monte carmeli: cõuentus franck
fordenſ: ſacre theologie baccalariꝰ formatus
vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus ⁊ eruditus: atqꝫ in phīa
ariſtotelica egregie doctus: ingenio ſubtilis ⁊ clarus elo
quio: q̄ primũ in gymnaſio pariſienſi. at nũc in colonienſi
paleſtra. ſua erudicõne ⁊ morũ honeſtate carmelũ ornat.
Scripſit quedã nõ abijcienda volumĩa: de quibꝫ ego tm̄
vidi ſubiecta. Lecturã notabilẽ quã colonie publice legit
ſuꝑ Cantica cãticoꝝ. li. i. Sermones quoqꝫ mltos ⁊ vari
os franckfordie p̄dicatos. li. i. Iã ſcribit ⁊ legit publice in
cõuentu colonieñ ſingulare ⁊ pulchrũ opus ſuꝑ ſentẽtias
li. iiij. Scripſit etiã ꝓlixã ep̄laꝫ auctoritate ⁊ rõne firmiſſi
mis inſtructã cõtra wigandũ ordinis p̄dicatoꝝ. manuũ
penſatorẽ. de puriſſima cõceptione dei genitricis aliter
q̄ꝫ eccleſia determinauit ſentientẽ: in qua om̄es latratus

eius ſagaci diſputacõne compeſcuit. Sed et alias ep̄las
ad diuerſos non inelegantes compoſuit. Uiuit adhuc in
gymnaſio colonienſi ſacris lr̄is ſtudioſe incumbens. ſub
Maximiliano imperatore. Anno dñi quo hec ſcribimꝰ.
Mill̄.cccc.xcv. Indictione.xiij.

t Heodericus greſemūdus iunior magūtinus:
natus ex pr̄e theoderico greſemūdo de meſche
de: artiū et medicine doctore clariſſimo: ado
leſcēs excellētis ingenij: q̄ carmīe et ꝓſa mlt̄a
ſcribit et ſcripſit miranda opuſcula: cuiuſcūq̧ argumenti
ornatiſſima. Ciceronianā diſertitudinem pre ſe ferentia:
tantū ſui miraculū prebet: vt velut alter adeodatus au
guſtini quondā filius: ſuo ingenio et ſcribendi argumen
tandiq̧ promptitudine: multis (etiā doctiſſimis viris)
ſit admirationi et ſtupori. Longe em̄ p̄cedit etatem inge
niū: quippe cū in eo tāta ſit eruditio et eloquentia ſimul:
ut pares etatis ſue habuerit aut paucos aut nullos.
Scripſit ad ad me inſignem dyalogū. de ſeptem libera
libus diſciplinis: in quo has ipas artes non minus ele
ganter q̄ȝ erudite defendit: enucleat. et commendat. li. i.
Orationē quoq̧ ornatiſſimā noīe ph̄ie et oratorie. ad re
rum publicarū gubernatores. Item de furia germanorū
elegantē dyalogū compoſuit: qua tp̄e carniſpriuij inſa
niūt. li. i. In fratrem penſantē manus ordinis p̄dicatorū
puriſſimā dei parentis conceptionē ſtolide impugnantē.
carmen ſcripſit et multas ep̄las. Carmina quoq̧ diuerſi
generis et epigrāmata mlt̄a edidit. Ep̄las ornatiſſimas
etiā. tam ad me q̄ȝ ad alios pene innumerabiles ſcripſit:
ex quibus ingenij eius nobiliſſimi viuacitas et vena colli
gitur. Uiuit adhuc maguncie in domo paterna. Annos
etatis habens ferme decem et octo: ſub Maximiliano
impatore. Anno dñi quo hec ſcripſimus. Mill̄.cccc.xcv
Indictione.xiij. Non mihi quiſq̄ȝ ſuccenſeat. ꝙ puerum
hūc etate: inter ſcriptores illuſtres poſuerim: cū ingenio
ſuo multos excellat ſeniores: quoniā ex ore infantium et

lactentium laudem perfecit altiſſimus: nec etatem requirimus. ſed ingeniū. ſed lucubrationē. ſed opus. Tametſi adoleſcentulus eſt: nō venit ꝓpterea cōtemnendus: quippe qui nō puerorꝫ ludos. ſed virorum compoſuit libros. Qui cū in puericia hec fecerit: quid putamꝰ in ſenectute facturus eſt? Mei ꝓpoſiti eſt nullū ſcienter obmittere: quē nouerim aliqd laude dignū in germania ſcripſiſſe. Sed huius theoderici etatē profectiorē cathalogus iſte noſter expectare non potuit.

p Etrus de riuo ſacre theologie doctor. et gymnaſij louanienſ ordinarius. decus. et culmen: vir certe in diuinis ſcripturis longo et diuturno ſtudio eruditiſſimus: et ſecularis phie nō ignarus: theologus inſignis. et computiſta maximus: ingenio dulcis. ſermone ſcholaſticus: vita et cōuerſatione maturus. Fertur nōnulla cōmendanda ſcripſiſſe volumina: quibus memoriā ſui poſteris cōmendauit. Sed nihil eorū ad manus nr̄as memini peruenisse: pter opus illud celeberrimū qd magno labore compoſuit. de anno. die. et feria dñice paſſionis in tribus voluminibus. Cetera que ſcripſit et ſcribit: mihi ſunt penitus incognita. Uiuit adhuc ſicut audio in gymnaſio louanienſi varia conſcribens: ſub Maximiliano rege. Anno dñi quo hec ſcripſimus. Milleſimo.cccc.xcv. Indictione.xiij.

t Heodericus de oſenbruck ordinis fratrū minorꝝ colonienſ ꝓuincie: vir in diuinis ſcripturis exercitatū habens ingenium: declamator ſermonū populariū famoſiſſimus: cuius vitā omēs qui eū nouerūt ſanctā et religioſiſſimā pdicant. In ſermonibus eī faciendis ad populū tanta gratia diuinitus illuſtratur: tanta facundia loquitur: tanta deniqꝫ cōpunctione et dulcedine auditores ſuos afficit: ut ſimilem inter germanos habuerit neminē. Unde et p totam prouinciā generalis pdicator cōſtitutus eſt. Legit mihi nuper dum colonie mecū eſſet in cenobio diui martini.

M

BIBLIOTECA DE FILOSOFIA Y LETRAS MADRID

Opuſculū pulchrū et deuotioni congruū. de paſſione do
mini et articulis eius. ad inſtantiā dn̄i hermāni archiep̄i
colonienſ. li. i. Item manuale ſimplicium deuotoꝝ. li. i.
De exercicio quotidiano interiori. li. i. Et varios ſermo-
nes. Scripſit et quedā alia nobis incognita. Uiuit ad-
huc in prouincia colonienſi verbo ꝛ exemplo multos eru
diens in diſciplina dei. ſub maximiliano imꝑatore. Anno
dn̄i quo hec ſcripſimus. Mill'. cccc. xcv. Indictione. xiij.

t Heodericus vlſenius patria phriſius: vir vn-
decūqꝫ doctiſſimus: phūs. medicus: orator ꝛ
poeta clarus: ingenio ſubtilis: eloquio diſer
tus. carmine excellens ſimul et proſa. Scripſit
quedā inſtructa opuſcula: quibus ingeniū exercitās. me
moriā ſui poſteris cōmendauit. E quibus extat. Elegia
rum volumen. li. i. Epigrāmaton quoqꝫ. li. i. Et varias
ad diuerſos ep̄las ſcripſit. Uiuit adhuc varia cudēs. ſub
Maximiliano imꝑatore. Anno dn̄i quo hec ſcribimus.
Milleſimo. cccc. xcv. Indictione. xiij.

a Rnoldus boſtius ordinis fratrū beate marie
ſemꝑ virginis de monte carmeli: conuentus
gandenſ. vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus et
eruditus: et ſecularis lr̄ature nō ignarus: in-
genio ſubtilis. ſermone cōpoſitus: vita ꝛ cōuerſatione de
uotus: carmine exercitatus ꝛ proſa. Scripſit nō ſpernen
de lectionis plura opuſcula: de quibus extant ſubiecta.
Uolumen proſaicū interpoſitis quandoqꝫ carminibꝫ de
eo ꝙ beata virgo maria ſpecialis patrona ſit ordinis car
melitici. vnde et ꝑnotare illō voluit de patronatu. li. i. De
illuſtribus viris ordinis ſui. li. i. De illuſtribus viris ordi-
nis carthuſienſ. li. i. Cōtra vincenciū de nouo caſtro ordi
nis ꝑdicatoꝝ puriſſimā dei genitricis cōceptionē impu-
gnantē. li. i. De quattuor nouiſſimis. li. i. Carmina et epi
grāmata multa. Ep̄las tā ad me ꝙ̄ ad alios ſcripſit pe-
ne innumerabiles. Et quedā alia mihi incognita. Uiuit
adhuc in noua ſyon cenobio monialiū ꝓpe brugas: an-

nos etatis quinq₃ et.xl.ſupgreſſus.ſub maximiliano rege.
Anno quo hec ſcripſim⁹. Mill.cccc.xcv. Indictōne.xiij.

Udocus beyſſelius regie vrbis aquenſ patri
i ciuset vnicū decus: vir tam in ſcripturis ſan
ctis q̄ȝ in ſecularibus lr̄is eruditiſſimus: phs
orator ꝛ poeta inſignis: et iuris vtriuſq₃ ꝓfeſ-
ſor et interpres celeberrimus: ingenio ſubtilis.eloquio di
ſertus: qui licet curis rei ſue publice neceſſario ſit inten-
tus: incredibili tn̄ feruet amore ſcripturarū: multa ſcri-
bens multa cudens multa cōponens carmīe ſolutaq₃ ora
tione: quib₃ nomen ſuū cū ingenti gl'a diuulgat. E qui-
bus iſta nobis innotuerūt. Dyalogus pulcherrimus: de
optimo genere muſicoꝝ.li.i. De chriſtiano ambitu.li.i.
Epitoma ſtimuli amoris.li.i. De roſacea marie corona.
li.i. Roſariū metricū de beata virgine. Carmen de ſacra
mēto altaris. Ad me ſcripſit roſariū carmine elegiaco de
ſanctiſſima matre anna. Geſta quoq₃ flandrenſiū incepit.
ſed varijs occupacōnibus ꝑpeditus hucuſq₃ finire nō po
tuit. Oracōnes etiā et varias ꝛ elegantiſſimas ſcripſiſſe di
citur. Epigrāmata quoq₃ multa ſcripſit.et diuerſi generis
carmina cōplura. Ep'las tā ad me q̄ȝ ad alios ornatiſſi
mas pene innumerabiles dedit. Et alia. Uiuit adhuc
apud aquaſgrani.ſub maximiliano rege. Anno dn̄i quo
hec ſcribimus. Mill.cccc.xcv. Indictione.xiij.

Udocus badius aſcenſius oriundus ex gan-
i dauo: homo in ſecularibus lr̄is eruditiſſim⁹:
et diuinaꝝ ſcripturarū nō ignarus: phs.rhe-
tor ꝛ poeta doctiſſim⁹: ingenio excellens et di-
ſertus eloquio: q̄ olim ferrarie baptiſtā guarinū lr̄as gre
cas docentē audiuit: et in ea quoq₃ lingua peritus euaſ-
ſit. Scripſit carmīe ꝛ ꝓſa multa p̄clara volumina: quib₃
nomen ſuū ꝛ memoriam poſteris cōmendauit. De his ex
tant ſubiecta. Contra vincenciū de nouo caſtro.li.i. De
grāmatica.li.i. Pſalteriū beate marie ſemp virginis car-
mine ſaphico.li.i. Comportauit ex diuerſis auctoribus

volumen inſigne de vicijs et virtutibus: qđ ſuis cōmen-
tarijs ornate enucleans. ſiluas morales prenotauit. li. xij.
Epigrāmaton quoq; et diuerſi generis carminū. li. i. Epi
ſtolas etiā tam ad me q̃z ad alios ornatiſſimas metro et
proſa pene innumeras edidit. Alia quoq; nōnulla ſcrip-
ſiſſe dicitur: que ad manus nr̃as minime venerūt. Uiuit
adhuc lugdunū galliarū vrbem ſua erudicōne illuſtrans.
et varia ſcribit. Annos habens etatis. xxxiij. ſub Maxi-
miliano imperatore. Anno dn̄i quo hec ſcribimus. Mil
leſimo. cccc. xcv. Indictione. xiij.

Acobus ſprenger ordinis fratrum p̄dicatorꝝ
puincialis colonienſ. diuinarū ſcripturarum
pfeſſor et interpres eruditus: atq; in phia ari-
ſtotelica egregie doctus: ingenio clarus: ſer-
mone ſcholaſticus: cū olim ab innocentio papa octauo.
vna cū heinrico inſtitoris eiuſdē ordinis theologo. inqui
ſitor heretice prauitatis eſſet cōſtitutus. Scripſit p cau-
tela z inſtructione ſimpliciū cōtra mulierculas maleficas
inſtrumenta diaboli volumen non abijciendū qđ p̄nota-
uit Malleum maleficarū. li. iij. Si quid amplius ſcripſit
ad noticiā meā nō puenit. Uiuit adhuc in cōuentu ſuo co
lonienſi reſidens. ſub Maximiliano imperatore. Anno
dn̄i quo hec ſcribimus. Mill. cccc. xcv. Indictione. xiij.

Ohannes tholaſus ex franconia oriundus:
canonicus ratiſponēſ et p̄poſitus forchemen-
ſis: vir in ſcripturis ſanctis ſtudioſus et erudi
tus. atq; in ſecularibus lr̄is egregie doctus:
phus et coſmographus inſignis: pontificij iuris doctor
p̄clarus: ingenio ſubtilis et diſertus eloquio. Scripſit nō
nulla opuſcula in mathematica et aſtronomia: quibꝫ in-
genij ſui viuacitatem cūctis ea legentibus clare oſtendit.
Epiſtolas quoq; multas ad diuerſos. Alia etiā nōnulla
ſcripſit nobis incognita. Uiuit adhuc in ciuitate ratiſpo
nenſi: ſub Maximiliano rege Anno dn̄i quo hec ſcribi-
mus. Milleſimo. cccc. xcv. Indictione. xiij

Artmãnus ſchedel nurenbergenſ: artium et
b medicine doctor: et diuinarũ ſcripturarũ nõ ignarus. ingenio preſtans et clarus eloquio: cõportauit et ſcripſit inter alia ingenij ſui opuſcula (ſumptus et impẽſas miniſtrãtib; ſebaldo ſchreyer et ſebaſtiano kamermeyſter ciuibus Nurenbergenſibus) volumen magnũ hiſtoriarũ ab inicio mũdi vſq; ad hec tempora Maximiliani regis. Si quid amplius ſcripſit neſcio. Uiuit adhuc in ciuitate nurenbergenſi. Anno dñi quo hec ſcribimus. Milleſimo.cccc.xcv. Indictione.xiij.

Acobus philippi. plebanus ecc̃ie baſilienſ: ſacre theologie baccalarius formatus: in ſcripturis ſanctis ſtudioſus ⁊ eruditus: et ſecularis phie nõ ignarus: ingenio excellens. ſermone lucidus: vita et cõuerſatione honeſtus. Scripſit quedã p̃clara opuſcula: quoꝝ lectio deuotis maxime neceſſaria iudicat̃. E quibus fertur libellus q̃ p̃cordiale ſacerdotũ inſcribitur. li. i. Reformatoriũ quoq; vite et morũ clericorum et ſacerdotũ. li. i. Ferũtur et ſermones eius ad populum cõplures. Et alia multa nobis incognita. Uiuit adhuc in ciuitate baſilienſi. Sub maximiliano rege. Anno dñi quo hec ſcripſimus. Mill'.cccc.xcv.

Ernardus monachus ordinis carthuſienſis:
b domus paſſionis ieſu chriſti prope ciuitatem legnitz: vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus et eruditus: et ſecularis lr̃ature nõ ignarus: ingenio promptus ⁊ clarus eloquio. fertur multa preclara ſcripſiſſe volumina. ſed ego nullũ eoꝝ vidi p̃ter Dyalogũ illũ pulcherrimũ quẽ de laudibus ⁊ miraculis beate marie ſemꝑ virginis eleganter compoſuit. li. i. Claruit anno dñi. Mill'.cccc.lxxx. Sub frederico imperatore tercio. et credo eũ adhuc viuere.

Ohãnes gerbrandi de leydis: ordinis fratrũ beate marie ſemꝑ virginis de monte carmeli: conuentus harlemenſis ſupprior: vir valde

ſtudioſus et eruditus: ingenio pſtans. ſermone ſcholaſti-
cus: declamator ſermonū populariū pclarus: fertur in-
ſignem de ordine ſuo ſcripſiſſe hiſtoriam. li. x. Sermones
quoq3 de tpe et de ſanctis nō abijciendos. Et alia com-
plura nobis incognita. Uiuit adhuc in cōuentu ſuo har
lemenſi. ſub maximiliano imperatore. Anno dñi quo hec
ſcribimus. Mill. cccc. xcv. Indictione. xiij.

Ouſlaus de haſſenſteyn. vir nobilis et vnde-
b cūq3 doctiſſimus: phus. orator. et poeta pcla
rus: ingenio ſubtilis. et diſertus eloquio: ge
neris ſui pminentiam doctrina et eruditione
illuſtrans. varia tā carmine q̄3 proſa ſcribere dicitur: in
quibus nō minus honeſtas q̄3 ſcientia relucere phibetur.
E quibus extat opus inſtructū. de ꝓprijs inuentis ger-
manoꝝ et italoꝝ. li. i. Carminū quoq3 et epigrāmaton.
li. i. Eple autē eius ornatiſſime complures ferūtur ad di-
uerſos. Et quedā alia indies publicanda. Uiuit adhuc
in caſtro ſuo haſſenſteyn et varia cōſcribit. ſub maximilia
no imperatore. Anno dñi quo hec ſcripſimus. Milleſi-
mo. cccc. xcv. Indictione. xiij.

Gidius fabri de bruxellis oꝑpido brabancie
e oriundus: ordinis fratrū beate marie ſp vir-
ginis de monte carmeli: prior conuentus ſui
bruxelleñ: doctor ſacre theologie et phie ſcho
laſtice clarus interpres: ingenio promptus. ſermone cō-
poſitus: vita et cōuerſatione maturus: fertur ab his qui
eū probe nouerūt opus nō ſpernendū cudiſſe ſup ſenten
tias. li. iiij. Queſtiones etiā varias diſputatas. Sermo-
nes quoq3 multos et elegantes ad populū. Et quedam
alia. Uiuit adhuc in cōuentu ſuo bruxellenſi in braban-
cia. ſub maximiliano imꝑatore. Anno dñi. M. cccc. xcv.

Aryngus ſifridi ſinnama de hagys friſie ori
h undus: qui vulgo hermānus appellatur: do
ctor vtriuſq3 iuris: et tam in diuinis ſcriptu-
ris q̄3 in phia ſcholaſtica probe inſtructus:

ingenio viuax.conſilio promptus: qui coloniam agrippinam.docendo.ſcribendo.⁊ conſultando exornat. Scripſit opus celeberrimū ſup titulis vtriuſq; iuris: omnibus in canonibus vel in legibus iniciari cupientibus non minus vtile q̄ iucundū. Promiſit ſe olim cū colonie inuicem de ſcripturis aliquādo loqueremur etiā alia quedā ſcripturū quod an fecerit nō ſatis certū habeo. Uiuit adhuc etate virili. ſub maximiliano imperatore. Anno dn̄i quo hec ſcripſimus. Milleſimo.cccc.xcv. Indictione.xiij.

c Onradus leontorius: vulgariter leonberg: monachus ordinis ciſtercienſ: cenobij mulbronnenſis in ſueuia: vir tā in diuinis ſcripturis q̄ in ſecularibus lr̄is ſtudioſus ⁊ eruditus ph̄us. orator ⁊ poeta nō abijciendos: ingenio promptus et diſertus eloquio: hebraice ⁊ grece nō ignarus. Scripſit carmine ⁊ oracōne ſoluta quedā p̄clara ſyntagmata: quibus memoriā ſui poſteris cōmendauit. E quibus extāt epiſtole plures et ornatiſſime ad diuerſos. li. i. Oracōnes quoq; varie. Carminū ⁊ epigrāmaton diuerſi generis. li. i. Commentarios a ſebaſtiano murrhonis colmarienſi in baptiſtam carmelitā mantuanū inchoatos ſed morte vrgente impfectos relictos. compleuit ⁊ pfecit. Uiuit adhuc in monaſterio ſuo Mulbronnenſi. Annos etatis habēs ferme.xxxv.et varia ſcribit. Sub maximiliano imp̄atore. Anno domini quo hec ſcribimus. Milleſimo.cccc.xcv. Indictione.xiij.

e Ngelhardus funck. alias ſcintilla: frācus orientalis de ſuobach oriundus: vir doctus et vndecūq; peritus: ph̄us et poeta inſignis: diuinarū quoq; ſcripturarū et iuris pontificij non ignarus. ingenio p̄ſtans et diſertus eloquio. Fertur carmine ⁊ proſa quedā cudiſſe opuſcula: quibus nomen ſuū longe lateq; notificauit. E quorū numero eſt. Carmen elegiacū de laude patrie ſue franconie. Carmen de annulo. Carmen de morte cardinalis ſancti marci.

Epigrāmaton quoq; diuerſo genere metri.li.i. Epiſto-
las etiā ornatiſſimas compoſuit ad diuerſos. Et quedā
alia nobis incognita. Uiuit adhuc ſicut audio in vrbe ro
mana cauſarū aduocatus. Sub maximiliano impatore
Anno dn̄i quo iſta ſcripſimus. Milleſimo quadringenſi
mo.xcv. Indictione.xiij.

Ohannes langer de bolkenhan pſbyter eccl'e
Uratiſlauienſis: vir in diuinis ſcripturis ſtu-
dioſus et eruditus: et ſecularis lr̄ature non
ignarus: ingenio excellens: ſermone compo-
ſitus: metro exercitatus et proſa. Scripſit gemino ſtilo
quedā cōmendanda opuſcula: quibus nomen ſuū notifi
cauit. Ad georgium de lapide dn̄m ſteynauie. volumen
preclarū de cenſibus et reempcōnibus.li.i. Ep̄las quoq;
multas ad diuerſos. Carmina multa. Et quedam alia.
Uiuit adhuc in Uratiſlauia et varia cōſcribit. ſub maxi
miliano rege. Anno dn̄i. Mill'.cccc.xcv. Indic.xiij.

Aulus Piauis: vulgariter ſchneſogel: vir in
p lr̄is humanitatis (maxime in rhetorica) do-
ctus: et diuinarū ſcripturarū nō ignarus: inge
nio pſtans et diſertus eloquio. qui in gymna
ſio lyptzenſi docendo et ſcribendo magnā nomini ſuo fa
mā erudicōnis acquiſiuit. Scripſit p nouicijs religioſis
de inſtitucōne latini ſermonis.li.i. Uiſionē cuiuſdā here-
mite.li.i. De coloribus rhetorices.li.i. Dyalogū inter idio-
tam beanū. et doctū gymnoſophiſtā.li.i. Ep̄las forma-
les ad iuuenū inſtitutionē.li.iij. Ep̄las quoq; familiares
ad diuerſos. Et quedā alia que in manus nr̄as nō vene
rūt. Uiuit adhuc in marchionatu myſnenſi: et varia cō-
ponit. Sub maximiliano impatore. Anno dn̄i. Mill'.
cccc.xcv. Indictione.xiij.

Einricus ex northeym oppido ſaxonie oriūdus
homo in ſecularibus lr̄is ſtudioſus et eruditus:
et diuinarū ſcripturarū nō ignarus: ingenio ſub
tilis et clarus eloquio. metro magnifice exercitatus et pſa.

Scripſit ad fredericũ marchionẽ myſne et ducem ſaxo-
nie: dymetromachiam de conflictu virtutũ et vicioꝝ. li. i.
Carmina quoqꝫ multa et varias epl'as ad diuerſos. Et
quedã alia nobis incognita. Credo eum adhuc viuere:
ſub maximiliano impatore. Anno dñi quo hec ſcribim⁹
Milleſimo. cccc. xcv. Indictione. xiij.

n Icolaus de alſencia. ordinis fratrũ beate ma-
rie ſemꝑ virginis de mõte carmeli: cõuentus
crutzennacenſ. in comitatu ſpanhemenſi: le-
ctor ſacre theologie: in ſcripturis ſanctis ſtu-
dioſus et eruditus: et ſecularis phie non ignarus: inge-
nio promptus: ſermone ſcholaſticus: et declamator ſer-
monũ popularũ lõga cõſuetudine exercitatus. Scripſit
In exodum. li. i. In apocalypſin quoqꝫ iohãnis. li. i. In
officiũ miſſe et canonis longũ et prolixum volumen. li. i.
Sermones de tꝑe et de ſanctis. li. ij. Et quedã adhuc pe-
nes eũ latentia. Viuit vſqꝫ hodie in cõuentu ſuo crutzen-
nacenſi ferme quadragenarius: ſub maximiliano impa-
tore. Anno dñi quo hec ſcripſim⁹. M. cccc. xcv. Ind. xiij

b Artholomeus de Colonia agrippina: vir in
ſecularibus lr̃is ſtudioſus et eruditus: inge-
nio clarus et diſertus eloquio: phus et vates
inſignis. qui in paleſtra dauantrienſi docendo
et ſcribendo nõ mediocris effulſit. Scripſit metro ⁊ proſa
nõnulla cõmendauda opuſcula: quibꝫ nomen ſuũ diuul-
gauit. Carmen de laudibus phie. qd̃ ꝑnotauit Syluam
carminũ. li. i. Carmen de ſecta diogenis phi. li. i. Cetera
que compoſuit in manus nr̃as minime venerunt. Viuit
adhuc dauantrie oppido traiectenſ dioceſ: ſub maximi-
liano rege. Anno dñi. Mill. cccc. xcv.

n Icolaus ſymonis ex harlem oppido hollan-
die: ordinis fratrũ beate marie ſemꝑ virginis
de mõte carmeli: cõuentus harlemenſ lector
et in diuerſis locis aliquando prior: vir certe
ſtudioſus et in diuinis ſcripturis exercitatus: ingenio

promptus et declamatoꝛ ſermonū egregius. Scripſit nō
abijciendos ſermones de tp̄e et de ſanctis. quos ꝑnota-
uit ſermones. vade mecū. li. ij. Cetera que compoſuit: ad
noticiā meā non venerūt. Uiuit adhuc in cōuentu bar-
lemenſi. Anno dn̄i quo hec ſcribimus. Milleſimo qua-
dringenteſimo. xcv. Indictione. xiij.

Dam wernerus themarenſ. vir in ſecularibꝫ
a lr̄is egregie doctus: et diuinarū ſcripturarū
nō ignarus: legum imperialiū cultoꝛ et inter-
pres nō minus eruditus q̄ facūdus: ingenio
ſubtilis ⁊ clarus eloquio. metro exercitatus et ꝓſa. Scrip
ſit nō ſpernenda opuſcula: quibꝫ nomen ſuū poſteritati
et memoꝛie cōſecrauit. Inter que extat ad me volumen di
uerſoꝝ carminū et epigrāmaton. li. i. Carmina multa di
uerſi generis ad me ſcripſit de ſancta anna. Ep̄las p̄te-
rea tā ad me q̄ ad alios cōplures dedit. ſingularis eru-
dicōnis et eloquentie. Scripſit autē et alia nōnulla: ſuo
tp̄e in lucē producenda. Huius diſcipulus eſt iohānes
herbſt luterburgenſ. capellanus in arce heydelbergenſi:
vir eque doctus et eruditus: qui et ipſe de ſancta anna
multa ad me carmīa et ep̄las oꝛnatiſſimas ſcripſit. Sed
et quedā alia ꝓpediem publicāda. Uiuūt adhuc ambo
in gymnaſio vrbis heydelbergenſ. ſub maximiliano im-
peratoꝛe. Anno quo hec ſcribunꝰ. M. cccc. xcv.

Ohannes de lamſhem vico nō longe a woꝛ
macia poſito oꝛiundus: oꝛdinis canonicoꝛū
regulariū ſancti auguſtini: mōaſterij oꝛti bea-
te marie. qd̄ alias kyrſgarten dicit̄ extra mu
ros vrbis vuangionū: vir ſtudioſus et cōtinua lectione
ſcripturaꝝ exercitatus: ingenio p̄ſtās et apertus eloquio
dignus ꝓfecto qui ſolis lr̄is nō etiā curis tempoꝛaliū re
rum incūberet (iconomus eſt em̄) multa lectione digna
cōponeret. Scripſit de inſtitucōne ⁊ vtilitate fraternita-
tis roſarij diue parthenices marie. li. i. Speculū miſſe li. i
Speculū nouiſſimoꝝ. li. i. Aliū qui inſcribitur arra eter

ne ſalutis.li.i. Et quedā alia. Uiuit adhuc in p̄fato ce-
nobio iuxta wormaciam: ſub maximiliano rege. Anno
dn̄i. Mill'.cccc.xcv. Indictione.xiij.

f Ranciſcus wyler ordinis fratrum minoꝝ de
obſeruantia: vir in diuinis ſcripturis ſtudio-
ſus et eruditus: et ſecularis lr̄ature nō igna-
rus: ingenio promptus ⁊ clarus eloquio: de-
clamator ſermonū egregius: cū ante hoc ferme trienniū
in cōuentu crutzennacenſ oppidi vitā ageret: ſcripſit ad
inſtantiā alberti latronis eiuſdē ordinis ꝓfeſſorē. inſigne
repertoriū epiſtolarū ſancti hieronymi p̄ſbyteri.li.i. Ad
eundem de remedijs ſcrupuloſitatum conſcientiarū.li.i.
Contra quendā conceptionē dei genitricis puriſſimam
impugnantē in modū libelli prolixam epiſtolā. Sermo-
nes quoq; multos ad populū. Extant eius tam ad me
q̄ȝ ad alios complures epiſtole. Item de paſſione dn̄i.
de vicijs et virtutibus. de muſica et eius laudibus: varia
et non abijcienda ſyntagmata. Et quedā alia. Uiuit ad
huc. ſub maximiliano imperatore. Anno dn̄i quo hec
ſcribimus. Mill'.cccc.xcv. Indictione.xiij.

t Homas de argentina ordinis fratrum p̄di-
catorum. primū ſacerdos ſecularis plebanus
diui thome argētinenſ. deinde curatus ſancti
andree in andelo: mox aſſumpta fratrū pre-
dicatorū religione. cōfeſſor monialiū ſui ordinis in ſupe
riore ſteyga et in renthyngen eiectarū a dyngental baſili
enſi factus. ꝓ dei amore et deuotarū ſororū multos labo
res forti animo ſuſtinuit: et ſuſtinet vſq; in p̄ſens. Uir de
uotus. mitis. humilis. ſtudioſus. et doctus: ſolis lr̄is et
virtutibus deditus. Scripſit ſermones elegantiſſimos.
deuocōni ⁊ cōpunctioni adeo cōgruos: ut me nūq̄ȝ ſimi
les legiſſe meminerim. Totus eñ ardet. feruet. incendit.
nō more ceteroꝝ ſuꝑficialiter: ſed ex corde loquens: tam
erudite. tam diſerte. tam deuote: ut lapidea corda moue
re poſſe videatur. Neq; eñ ſuꝑuacaneis allegacōnibus

tempus inſumit: ſed veterū exemplo rhetorico more ince dit. Scripſit eodē ſpū et feruore Meditacōnes pulcherrimas. li. i. Epiſtolas ad diuerſos et multas et ornatas. Queſtiones profundas ſcripturarū ſibi motas ab amicis tam ꝓprie tā catholice tam diſerte enodauit: ut nihil aptius reſponderi ad ꝓpoſitū poſſet. Viuit adhuc in ſteyga cenobio monialiū in dioceſi argentinenſi: ſub Maximiliano imperatore. Anno dñi quo hec ſcribimus. Milleſimo. cccc. xcv. Indictione. xiij.

G Odefridus candelarij prior cōuentus et fratrū beate marie ſemꝑ virginis de monte carmeli in vrbe regia aquenſi: vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus ⁊ eruditus: et in ſecularibus lr̄is non mediocriter doctus: ingenio acutus et diſertus eloquio: declamator ſermonū egregius: fertur quedā p̄clara cudiſſe opuſcula: que necdū venire in lucem paſſus eſt. Extāt eius ſermones ornatiſſimi de tp̄e et de ſanctis li. ij. Oracōnes quoqꝫ varie ad clerū. Ep̄le tam ad meqꝫ ad alios complures elegantes. Audio eum orationē inſtructam cudiſſe ꝑ coronatione regine ꝓpe diem habendam ad petitionē amici ad perorandū in tp̄e deputati. Cetera que ſcripſit me latent. Viuit adhuc in conuentu ſuo aquenſi varia ſcribens: ſub maximiliano rege. Anno dñi. Mill. cccc. xcv. Indictione. xiij.

I Udocus gallus rubiacenſ: homo in ſcripturis ſanctis ſtudioſus et eruditus: et in ſecularibus lr̄is egregie doctus: theologus et orator: ingenio clarus: ſermone diſertus: carmine excellens et proſa: iuuentutē heydelbergenſ gymnaſij in lr̄is humanitatis ſedulo docens. Fertur multa nobis adhuc incognita cudiſſe ſyntagmata: quibꝫ memoriā ſui poſteris cōmendauit. Extant eius oracōnes ornatiſſime plures ad vniuerſitatē et clerū. E quibꝫ ego tantū repperi. Orationē de ſancta catherina. Orationē de purificatione diue parthenices matris. Orationē de natali dñi.

Oratione de annūciatione dñica. Oracões ad ſynodū
ſpirenſem duas. Orationem de ſancto iohanne baptiſta.
Oracões de ſpū ſancto duas. Oratione de epiphania.
Dyalogū ꝑ modū oracõnis de purificatione. Ad clerū
wormacienſem oratione ꝑ aliū dictā. Oratione ad clerū
ruralem ꝑ aliū dictā. Dyalogos duos de ꝓmouendis ad
magiſteriū. Oracões plures ꝓ baccalarijs. Et alia mul
ta. Scripſit etiā carmina et epigrāmata diuerſi generis
multa. li. i. Epiſtolas quoqꝫ ad diuerſos et multas et or
natiſſimas. Uiuit adhuc in gymnaſio heydelbergenſi. an
nos etatis ſuperans. xxxv. ſub maximiliano rege. Anno
dñi quo hec ſcribim⁹. Mill'. cccc. xcv. Indictione. xiij.

e ytelwolffus de lapide patria ſueuus: vir no-
bilis. et in litteris humanitatis (maxime in
phia et oratoria) doctiſſimus: ingenio ſubti
lis. et eloquentie rhomane amator et emula-
tor maximus: qui ob eruditionē et ſapientiā naturalem
apud marchionē brandeburgenſem non paruo habet in
ꝓcio. Scripſit ad georgiū de lapide auunculū ſuū (ama
torem lraꝝ eque atqꝫ ipe) De laudibus heroum et viro
rum illuſtriū. li. i. Eplas quoqꝫ ornatiſſimas ad diuer-
ſos. li. i. Et alia mlta nobis incognita. Hic quondā diſci
pulus fuit magiſtri Crafthonis vdenhemij optimi et vi-
gilantiſſimi iuuentutis ſletſtatine inſtitutoris: qui et ipſe
nōnulla cudiſſe dicitur: que nobis incognita ſunt. Uiuit
adhuc cepto fortiter ꝑſtans in ſtudio et varia conſcribit.
ſub rege Maximiliano. Anno dñi quo hec ſcribimus.
Milleſimo. cccc. xcv. Indictione. xiij.

Ohānes de bruxellis oppido brabancie ori-
undus: ordinis canonicorū regulariū ſancti
auguſtini: monaſterij diue agnetis ꝓpe zwol
lis. vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus et erudi
tus: et ſecularis lrature non ignarus: ingenio clarus et
comptus eloquio. Scripſit volumen magnū et nō inutile
ad inſtitutionem omniū chriſtianoꝝ. quod prenotauit.

Roſetū exercicioꝝ ſpiritualiū et ſacrarū meditationū.li.ij. Item de illuſtribus viris ordinis ſui.li.i. Et quedā alia nobis incognita. Uiuit adhuc (ut intelligo) iuuenis in oppido campis ſocius confeſſoris monialiū. et varia ſcribit. ſub maximiliano romanoꝝ rege p̄ſtantiſſimo. Anno dn̄i quo hec ſcripſimus. Milleſimo. quadringenteſimo. .xcv. Indictione.xiij.

Johānes tinctoris. patria brabantinus. ex ciuitate niuellenſi oriundus. et in ecclia eiuſdem vrbis canonicus. doctor vtriuſqꝫ iuris. regis ferdinandi neapolitani quondā archicapellanus et cantor. vir vndecūqꝫ doctiſſimus: maximus mathematicus. ſummus muſicus: ingenio ſubtilis. eloquio diſertus: multa ſcripſit ⁊ ſcribit p̄clara opuſcula: quibus ſe et p̄ſentibus vtilem. et poſteris memorabilē reddit. Ex his ſolū reperi. In muſica de arte cōtrapuncti.li.iij. Itē de tonis.li.i. De origine quoqꝫ muſice.li.i. Eplās ornatiſſimas complures dedit ad diuerſos. Figuram vnā depinxit. in qua oēs vetoſtiſſimos muſicos cōprehendit: et ieſum chriſtū ſummū cantorem dixit. Uiuit adhuc in italia varia ſcribens. annos habēs etatis ferme.lx. Sub Maximiliano rege. Anno dn̄i quo iſta ſcribim⁹. Milleſimo quadringenteſimo.xcv. Indictione.xiij.

Hilmānus dulmanienſ patria weſtphalus: ordinis ſancti auguſtini canonicus in bodiken quondā prior in drutenhuſen: vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus et eruditus. ingenio promptus: ſermone compoſitus: vita et cōuerſatione deuotus. Scripſit inſigne volumen de laudibus beate marie virginis: qđ coronā ſancte marie p̄notauit. Item ſup illis verbis dn̄i. Niſi quis conuerſus fuerit ſicut paruulus ⁊c. longā et nō inutilem tractationē.li.i. Alia quoqꝫ nōnulla ſcripſiſſe dicitur: que ad noticiā meā nō venerūt. Uiuit adhuc hodie ſub Maximiliano rege. Anno dn̄i quo iſta ſcripſimus. Mill.cccc.xcv.

m Attheus herbenus de traiecto ſuperiori ſuꝑ moſam oriundus. vir vndecũqꝫ ſtudioſus atꝫ doctiſſimus. phus excellens et muſicus ſingularis eruditionis: ingenio ſubtilis et diſertus eloquio: metro exercitatus ꝛ proſa. Scripſit quedã ꝑclara volumina: de quibus extant ſubiecta De natura vocis ac racõne muſice pulcherrimũ opus. li. v. De inſtitucõnibus ſcholaſticis. li. ij. Diaſynthetice. li. i. De captione nigropontis. li. i De inſtauracõne natalis ſoli oppidi videlicet traiectenſ. li. i. Contra wigandũ cauponis ordinis ꝑdicatoꝝ de puriſſima cõceptione beate marie ſemꝑ virginis. li. i. quẽ ꝑnotauit antilogion. Oracões quoqꝫ diuerſi generis carmina. Scripſit etiã tam ad me qꝫ ad alios multas ornatiſſimas epl'as. Et quedã alia. Viuit adhuc in traiecto ſuꝑ moſam varia ſcribens. Annos etatis habens. xliiij. Sub maximiliano rege. Anno domini quo iſta ſcripſimus. Milleſimo quadringenteſimo nonageſimoquinto. Indictione. xiij.

g Erardus de marbays. natus ex oppido traiectenſi ſuꝑ moſam et ibidem in eccleſia beate marie ſemꝑ virginis canonicus. vir tam in diuinis ſcripturis qꝫ in ſecularibus lr̃is egregie doctus: in vtroqꝫ iure peritus. phus et rhetor facundus qui nobilitatẽ generis ſui erudicõne et bonarũ artiũ ſtudio plurimũ illuſtrat. maximus librorum amator ꝛ cultor diſcipline. Scripſit perpulchrum dyalogum de materia prima. li. i. Aliũ quoqꝫ dyalogum de captione vrbis tongrenſis hieme preterita facta compoſuit. li. i. vbi pulchre tongrenſes eludit qui dormiendo tam miſere ciuitatẽ ſuã amiſerũt. In his andreã kantharũ friſiũ. mattheũ herbenũ ſupradictũ traiectenſem. et egidiũ de boly tongrenſem. inducit interloquentes. Sed et alia nõnulla ſcripſiſſe dicit̃: q̃ ad man⁹ nr̃as nõ venerũt. Viuit adhuc in ciuitate traiectẽſi ſuꝑiori cepto fortiter pſtãs in ſtudio.

Annos natus circiter octo et viginti. Sub maximiliano
rege illuſtriſſimo. Anno dñi quo iſta ſcripſimus. Milleſi-
mo.cccc.xcv. Indictione.xiij.

m Atthias mynnecomius ordinis eorum quos
vulgo cruciferos vocāt. oriundus ex traiecto
ſuperiori. matthei herbeni quondam auditor
atq; diſcipulus: vir tā in diuinis ſcripturis q̄3
in ſecularibus lr̄is ſtudioſus ꝛ eruditus. in mathematica
peritus. et muſice artis doctiſſim⁹. ingenio ſubtilis et cla
rus eloquio. Abbreuiauit mirabili ſtudio muſicā boetij
in vno volumine. Item theologiam naturalem raymūdi
ſebeidi ſimuli compendio et induſtria in vnū volumen re-
degit. Fertur et alia nōnulla ſcribere prope diem mani-
feſtanda. Uiuit adhuc in cenobio cruciferoꝝ traiecti ſuꝑ
moſam. annos habens etatis ferme. xxx. ſub maximilia-
no rege romanoꝝ. Anno quo hec ſcribim⁹. M.cccc.xcv.

c Hriſtianus maſſeeu p̄ſbyter ordinis et ceno-
bij diui hieronymi in gandauo. vir in diuinis
ſcripturis ſtudioſus et eruditus ac veterū le-
ctione diues: ſeclaris quoq; lr̄ature nō ignar⁹
ingenio ſubtilis et clarus eloquio. Scripſit inter cetera
ingenij ſui opuſcula. De titulis pſalmoꝝ et eoꝝ auctori-
bus tractatū eloquentia et erudicōne inſtructum. Ep̄las
tam ad me q̄3 ad alios nectaree diſertitudinis plures. Ui
uit adhuc in gandauo iuuenis ꝛ ſpem dat nobis amplio
ris lucubrationis et op̄is. ſub maximiliano rege. Anno
dñi quo nos iſta ſcripſimus. M.cccc.xcv. Indic.xiij.

Ohānes keſſeler gyſlingenſ p̄ſbyter. natione
ſueuus. iacobi vimpfelingi ſletſtatenſ theologi
clariſſimi quondā diſcipulus: vir in diuinis
ſcripturis ſtudioſus et eruditus. et in ſeculari-
bus lr̄is egregie doctus: ingenio ſubtilis ꝛ diſertus elo-
quio, metro valens et proſa. Multa ſcribere dicit: e qui-
bus ego tantū legi carmen ſaphicū prolixū et terſum ni-
tidūq; de ſancto nicolao ep̄o. Saphicū quoq; de ſancto

andrea aplo. Et varia epigrāmata. Cetera que ſcripſit ad noticiā meā nō venerūt. Uiuit adhuc in gyſlingen vico ſueuie et varia ſcribit. ſub maximiliano rege. Anno domini quo hec ſcripſimꝰ. Mill. cccc. xcv. Indictione. xiij.

Johannes tritemius abbas (licet indignus) monaſterij diui preſulis martini. in ſpanhem: ordinis ſancti benedicti: magūtine dioceſ: patria moſellanus: ex villa trittenhem treuerenſ dioceſ oriundus: non exiſtimo me dignū qui locū inter ſcriptores et illuſtres germanie viros occupare debeam: ꝓpter ingenij mei paupertatē. Sed ne mihi obueniat qđ multis legimus contigiſſe qui titulos operū ſuoꝝ ex humilitate occultātes: auctores eoꝝ quoqꝫ libroꝝ eſtimati ſunt: quos forſitan nō viderūt. Sed apologiam cui ſcribimus? In his conſcientie teſtimoniū vnicuiqꝫ ſufficiat: nemo extra ſe amplius requirat. Celent alij ex humilitate que cuderūt opuſcula: ego que ſcripſi. magis ex humilitate et charitate in lucem cōſtitui ꝓducenda. Malo enī (ſicubi erratū eſſet) viuus corripi. qꝫ mortuus: quoniā ſicut a mortuo perit confeſſio: ita in viuo ꝓdeſt correctio. Neqꝫ enī tam petulans ſum: ut memoriā noīs vanitati obnoxiam ꝓ laboris mei mercede expoſtulem. Ne ergo compoſuiſſe videar aliena: aut celaſſe ꝓpria: exemplo diuorum patrū titulos operū meoꝝ ſubijciam. Et primo quidē iubente caplo noſtro generali. ſtatuta ordinis abbreuiaui. li. i. Deinde ſcripſi modū celebrandi ipm caplm prouinciale. li. i. De viſitacōne quoqꝫ monachoꝝ. li. i. Et hec tria opuſcula ex mādato ipius generalis capli Nurenberge nuper in vno volumine impreſſa ſunt. Scripſi etiā in regulā ſancti patris nr̄i benedicti. li. ij. Exhortationū ad monachos. li. ij. De tentationibꝫ religioſoꝝ. li. ij. Ad nicolaum pſbyterū mernicenſem. de vita et inſtitucōne ſacerdotali. li. i. De vicio proprietatis monachoꝝ. li. i. De vanitate et miſeria huius vite. li. i. Penthicū de ruina ordinis noſtri. li. i. De illuſtribus viris ordinis nr̄i. li. iiij.

Laudes ordinis carmelitarũ.li.ij. Ad gerlacũ abbatem
tuicienſem de laude ſcriptorꝫ.li.i. Ad dñm iohannem ca
merariũ dalburgiũ epm wormacienſem.de ſcriptoribus
eccleſiaſticis a tpe apoſtolorꝫ vſqꝫ ad vltimũ annũ frede-
rici imperatoris tercij.li.i. Ad rumoldũ priorẽ carmelita
rum franckfordeñ.de laudibus ſancte anne.li.i. Ad rut-
gerum ſicambrũ canonicũ dumetenſem. de grecis que-
ſtionibus in euãgeliũ iohannis.li.i. De miſeria p̄latorum
clauſtraliũ.li.i. Chronicã noſtri cenobij ſpanhemeñ.li.i.
Rogante dño blaſio hirſaugienſ cenobij abbate ſcripſi
chronicã eiuſdẽ monaſterij ſui hirſaugienſ.li.i. Hiſtoriã
quoqꝫ ſancte irmine virginis filie dagoberti.cuius caput
apud nos eſt.li.i. De laudibꝫ ſancti andree apoſtoli.li.i.
Laudes ſancti ioſeph ſponſi marie.li.i. Laudes ſancti
benedicti abbatis .li.i. Laudes vite cenobitice.li.i. De
laude penitentie.li.i. Soliloquium hoĩs ad animã.li.i.
De laude.amore.et ſtudio ſcripturarũ.li.i. De miraculis
ſancte anne.li.i. Sermones quoqꝫ varios tam ad fratres
q̃ꝫ in ſummis feſtis aliquando ad populũ habitos.li.i.
Epiſtolarũ ad diuerſos.li.i. Oracões in capl'is vel ali-
bi habite: ſine certo numero ſunt. E greco trãſtuli dyalo
gum maximi abbatis.de incarnacõne dñi. Anathema-
ta ſancti Cyrilli epi alexandrini contra hereticos in ter-
cia ſynodo epheſina promulgata. Et quaſdã eiuſdẽ ſy-
nodi epl'as. Hec ſunt que me ſcripſiſſe ad p̄ſens recolo:
Sub Maximiliano imperatore. Anno dñi quo et hũc
germanorꝫ illuſtriũ cathalogum poſt primã editionẽ ſe-
cundario emendaui.augmentaui.et cõpleui. Milleſimo.
quadringenteſimo.xcv. Indictione.xiij. vltima die men-
ſis Julij. Ad honorem omnipotentis dei: vtilitatem eorꝫ
qui noſtra nõ ſpernũt: et decorem laudẽqꝫ noſtre germa
nice nationis: cui debemus quicq̃d poſſumus.

Ece iacobe vimpfelinge ſletſtatine amantiſſi
me habes a me diu poſtulatum opus: in quo
iuxta deſideriũ tuũ illuſtres germanie viros et
ingenio excellentes in ordinẽ diſpoſui: et quid
ſcripſerit tam veneranda cohors (quantũ nobis licuit)
indicaui. Neq̧ tamen oĩes qui ſuo ingenio et lucubra-
tionibus nationẽ noſtrã illuſtrem reddiderũt me cõſcrip
ſiſſe putaueris: ſed paucos ex multis: et qui mihi facile
occurrerũt ſum cõplexus. Sed nec paucos inſerui huic
opuſculo tam ex viuis q̃ ex vita defunctis quoꝝ in ma-
iori cathalogo nulla fit mẽtio: ꝓpterea ꝙ mihi opa eoꝝ
pridem fuerũt incognita: que interea nõ ſine labore facta
ſunt patula. Sed neq̧ ignoro q̃ multi hodie germaniã
noſtrã varia ſcribendo illuminent: qui nullã neq̧ in iſto:
neq̧ in maiore cathalogo memoriã cõſequuti ſunt: nõ ꝙ
eos indignos iudicauerim: ſed q: mihi de opuſculis eoꝝ
nihil penitus innotuit. Eniuero deum teſtem inuoco qui
nouit abſcondita cordis: ꝙ nullum vnq̃ ſcienter obmiſe-
rim: cuius vel pauca nouiſſem opuſcula. Si qui igitur
de viuentibus aliqua ſcriptitant a me ꝑtermiſſi ſunt: vo
luntati non imputent mee ſed neceſſitudini: et tp̄is breui
tati. Non eĩ dabatur oportunitas perquirendi eos qui
deſunt. Tu interea ſuauiſſime Vimpfelinge fac valeas:
et deſtinatum tibi opuſculũ cum auctore amico habeto
commendatũ. Ex monaſterio nr̄o ſpanhem. vltima die
menſis Julij. Anno dñi. Milleſimo.cccc.xcv.

Explicit liber dñi Johannis tritemij abbatis
ſpanhemenſis. de viris illuſtribus germanie.

Epiſtola magiſtri iacobi vim pfelingi ſletſtatenſ ad reuerendū patrem dn̄m iohānem tritemium abbatē ſpanhemenſem: in additiones cathalogi germanoꝝ.

Jacobus Vympfelingus ſletſtatinus Reuerendo religioſiſſimoq; patri dn̄o iohanni tritenio abbati ſpanhemēſi: ſacroſancti ordinis diui patris benedicti: ſalutē plurimā dicit. Tanta eſt tue paternitatis innata quidē humanitas. clementia. comitas. que indigniſſimū me homuncionē. et amare. et amorē lucubratione tua coegerit aperire: qui de te nihil benemeritus ſum: neq; vnq̄ ꝓpter ſtatus anguſtiam tibi benefacere poſſe confido. Dulciſſime pater: fruor ingenio tuo: fruor donis: fruor laude tua. Om̄ia hec tue liberalitati. tue clementie. tue manſuetudini tribuo. Et vtinā vel mortuis characteribus tibi gr̄as agere poſſem (nunq̄ enim factis aut operibus potero referre) q̄ tibi ex vno labore duplicem feci. Poſtea em̄ q̄ cathalogum ſcriptoꝝ eccleſiaſticoꝝ (opus profecto clariſſimū) cōſummauiſſes. quieſcendū tibi fuit. Nūc ego te permoui. ut ex abyſſo et denſa viroꝝ illuſtriū ſylua qui in chriſtiana religione ſub quacūq; gente ſcripſiſſent: ſeparatā atq; ſingularem mihi germanie luminū partem excerpſeris (adiūctis non paucis qui tibi interea occurrerūt) quam tanto iocundius legi: quāto minus tā ingentē excellentiū viroꝝ copiam in germania fuiſſe crediſſem. Adieci ego (veluti videbis) nōnulloꝝ vel ſola noīa: quoniā eoꝝ opera perquirere mihi nō licebat. Cōmittamus hoc onus poſteritati: ut ſi futuri ſunt vnq̄ in alemania qui nationis et patrie ſue laudem ac gloriā amabūt: addant de ſua vena. vbi nos iam deſtitimꝰ: ipſi quidē poſthac incepturi. Non etem̄ de cetero regnabit inter germanos illepida crudaq; barbari-

D

es: nec verum ſemper predicabitur. quod apud lucanum
quondā introducitur catho dixiſſe. Me gemine figant
acies: me barbara telis. Rheni turba petat. Exiſtimant
enim pleriqꝫ gloriam propriā exaggerare. alienam atte-
nuare ſoliti. eā rheni aut germanie barbariem a iulij tem
poribus ad noſtrā vſqꝫ etatem inualuiſſe. Id q̄ verū ſit
ut intelligant. vtinam meditarentur diui hieronymi ver-
ba: qui inter ceteras terraꝝ calamitates. alemanie quoqꝫ
miſerabilem ruinam deflet: excelſas rheni quidem vrbes
nequaq̄ pretergreſſus: maguntiacum inquiens nobilis
quondā ciuitas capta atqꝫ ſubuerſa eſt: et in eccleſia mul
ta hominū milia trucidata. Vangiones longa obſidione
deleti: nemetis (que iam ſpira eſt) argentoracum (que
nunc argentina vocatur) populate ſunt. Nunquid diuus
hieronymus maguncie. wormacie. ſpire. et argentine il-
luſtriſſimarū ſue tempeſtatis vrbium. preclara menia. lo-
coſqꝫ munitiſſimos. aut opes. magis doluit vaſtari q̄ in
eiſdem florentiſſima plurimoꝝ ingenia miſerabiliter inte
rire? An hieronymus illarum ciuitatum cladem aut exi
cium meminiſſet: ſi non in eis fuiſſe tū pientiſſimos chri
ſticolas. tum doctrinis et ſapientia preſtantes viros co-
gnouiſſet? An non eſt preualidum et victorioſum argu-
mentum extitiſſe quondā in germania doctos plurimos
tam affluens vetuſtiſſimoꝝ voluminū copia? An nō ſuffra
gantur veritati noſtre tot codices exacti: tot inquā ora-
torie. poetice. naturalis philoſophie. theologice. et quarū
cumqꝫ doctrinarū ſpecula fulgentiſſima? An indocti fue-
re vel auctores eorundē. vel ſcriptores: aut qui ſcribi mā
dauerunt? Aut qui eis quotidie vſi ſunt? An vero hu-
iuſcemodi clariſſima volumina. ex hiſpanijs. ex auſonia.
ex anglia. in germanoꝝ bibliothecas olim trāſlata ſunt?
De oratore tullium et quintilianū ipm in alenanorū la-

tebris inuentos eſſe: itali confitentur. Eneas quoqꝫ ſil-
uius inter germanos educatus gregorio heymburgenſi
theutonico diſertiſſimo iureconſultiſſimoqꝫ ſcribens inter
cetera ſic ait. Inueni apud ſanctū gallum ( quod ſueuo-
rum eſt oppidum ) in veteri monaſterio bibliothecam p-
uetuſtam: vbi et libros reperi ornatiſſime conſcriptos:
quorum auctores fuerunt theutones. Mirabar cur pri-
dem nihil eloquentie his in regionibus eluxiſſet: ſed ve-
nit in mentem apud italos quoqꝫ tempus fuiſſe quo ſe-
pulta dicendi facultate barbaroꝝ inſcicia dominabatur.
Ante centum ferme annos et antea trecentis quadrin-
gentiſqꝫ non inuenies qui per italiam ſermonem habue-
rit terſum et lucidum. Neqꝫ cornelius tacitus negat non
ſemper apud italos eloquentiam floruiſſe: ita exorſus.
Sepe ex me requiris iuſte fabi. cur cum priora ſecula tot
eminentium oratorum ingenijs gloriaqꝫ effloruerint: no-
ſtra potiſſimum etas deſerta et laude orbata. vix nomen
ipſum oratoris retineat? Quocirca ne deinceps alema-
nos cetere nationes ob interceptam aliquando fortaſſis
bonarum litterarū noticiam deſpiciant: dignentur me-
miniſſe et apud ſuos quandoqꝫ temporꝝ infelicitate phy-
loſophie ⁊ eloquentie ſtudium interpolatū interclusumqꝫ
fuiſſe. Neqꝫ enim ex interceptione diſciplinarū que tem-
pore quocūqꝫ facta creditur cenſendum eſt omnibus re-
tro ſeculis germanie litterarum defuiſſe cultores. Non
defuerunt Caroli magni filiorumqꝫ eius temporibus ger-
manie doctiſſimi viri. Teſtes ſunt qui vtrumqꝫ teſtamen-
tum gloſa nobiliſſima interp̄tati ſunt. Teſtis eſt qui ſan-
ctum et admirabile opus de dn̄ice crucis laudibus car-
mine ſine cuiuſquā imitacōne cōſcripſit. Teſtimoniū pre-
bent ornatiſſima vetuſtiſſimaqꝫ diuerſis in locis epigrā-
mata que hodie extant: que in maguncíaco cenobijſqꝫ
plurimis rheno finitimis. nos ipſi ſumma cum iucūditate



BIBLIOTECA DE FILOSOFIA Y LETRAS MADRID

vidimus et lectitauim⁹. Profecto ſi nūc videat cornelius tacitus germaniā. non ſcriberet eam (ut olim) informem terris. aſperam celo. triſtem cultu aſpectuqꝫ. Sic et quondam barbaros vocauere germanos ſi pleroſqꝫ noſtrates eorumqꝫ ingenia pnoſcerent et contemplarentur: labris ſuis digitū admouerent. Aut ſi vetuſtatis preclara veſtigia cōtuerentur: ſuapte cōfirmarent: difficile poſſe numerari quot viri preſtantes. quanta ſcientia quantaqꝫ in ſtudijs ſuis copia fuerit. et quāta varietas apud germanos: qui nos vna aliqua in re ſeparatim elaborarūt: ſed omia quecūqꝫ poſſent. vel ſcientie pueſtigatione. vel differendi ratione. comprehenderunt. Quis ignorat fuiſſe inter noſtrates ſummos ac precipuos mathematicos: et aſtrorum exploratores? Quis deniqꝫ ignorat eam celi ſyderumqꝫ noticiā ex germania nuper ad externas nationes preſertim ad illuſtres italos eſſe profectam? Itaqꝫ quocumqꝫ me animo et cogitacōne cōuertam: per multos excellentes in quocūqꝫ genere video germanos non mediocrium artium ſed prope maximarū. Ne vero nationū externarūcandidi laudatores mendacij nos arguant: tuo pater reuerende cathalogo quid de germanis ſentire debeant admonentur. Quidnam deinceps obijcerent? An deus a quo omne datū optimū et omne donū pfectum deſurſum eſt. ſicut a ſymonide metaphyſicen diuinam ve ſcientiam mortalibus inuidere falſo creditū eſt. ita ꝛ ſingulari quadam inuidia ſolos proſequitur alemanos: nō fauens neqꝫ donans eis mentis aciem. viuax ingeniū. eleuatum intellectum. alacrem induſtriam. firmam memoriam. exercitationes ingenij. curricula mentis. in quibus deſudent atqꝫ elaborent? Abſit. Nam ſine inuidia deus. Eſt enim gentilis poeta qui canit. Sua cuiqꝫ exorſa laborem fortunamqꝫ ferent: rex iupiter omnibus idem. Taceo de doctiſſimis germanie viris qui hac nr̄a tempeſtate tum in gymnaſijs et cenobijs, tum in eccleſijs

principūqꝫ curijs in omni arte et quarūcunqꝫ rerū noti-
cia florent: in regulari grāmatica. in omni dyalectica. in
muſicis. in geometica. in aſtrorum ſcientia. in ariſtotelica
phia. in cūctis naturaliū rerū myſterijs. in moralibꝫ diſci
plinis. in oratoria. in poetica. in om̄ibus hūanitatis lr̄is
in ſacratiſſimis legibus. in pontificijs canonibus. in diui
nis inſtitucōnibus. doctiſſimi ſunt. et ingenio p̄ſtantes: q̄
carmina in om̄i genere cudūt. qui hiſtorias et coſmogra
phiā egregie norūt: qui ornatiſſima ſyntagmata ſcribūt.
Taceo et de his alemanis nr̄is qui grecas lr̄as nō igno
rant. Immo hodie ſupſunt alemani: qui libros grecos in
latinā linguā nō ineleganter tranſtulerūt. Et ſi forte qui-
dam germanoꝝ res ſanctas vtiles et honeſtas ſolidiſſi-
maſqꝫ ſententias humili ſtilo ſcripſerūt: an ideo floccipen
dendi ſunt? Abſit. Non ſunt abijciendi veteres iurecon
ſulti (etiā itali) non medici. nō theologi: qui ſuas veras
et optimas doctrinas. nō verboꝝ fuco et ventoſitate. ſed
quieto genere dicendi ꝛ mediocri latinitate ſparſerūt. An
reijciendus eſt bonauentura italus. quo nō eſt maior. nō
ꝓfundior. nō deuotior in ſcripturis ſacris? An reijcien-
dus eſt iohannes andree? An hoſtienſis? An bartho-
lus? An baldus? An abbas ſyculus? An iſti om̄es reij
ciendi ſunt. tāqꝫ horridi. impoliti. rudes et informes. ꝓpte
rea ꝙ ſcholaſticoꝝ more ſuas inſtitucōnes pedeſtri cam
po tranſcurrūt? An nō eſt cenſendus doctus: niſi q̄ mo
re tulliano elegantiſſime ſcribit? An vniuerſi qui leues.
lubricas. inutiles. et obſcenas ſententias phalerato ſtilo.
laſciuia verboꝝ. et licentia cōpoſitionis exornare ſtudent:
doctiſſimi ſunt iudicandi? Falſum eſt vtrumqꝫ: quāqꝫ is
certe ꝑfectior eſt. q̄ egregijs. grauibus atqꝫ ꝓfundis ſentē
tijs melliti ſermonis dulcedinē intermiſcet. Sed nō poſſu
mus oēs eſſe ſcypiones. nō oēs neſtori ſiles: ex cuiꝰ (licet
vetuli et pene decrepiti) lingua melle dulcior fluebat orō.
Quapropter ſi noſtrates aliqui non accurato quidē ſed
doctrinali quotidianoqꝫ ſermone vſi fuere: nō ſunt aſper

nandi. Namq; ſatis erat eis ita loqui. ut in rebus hone-
ſtis intelligerentur. Enimuero ſicut ruſtico illa non ſolū co
lenda eſt terra. que vel aromata p̄cioſiſſima vel p̄ſtantiſſi-
ma bacchi munera profert: ita nec tullianas ſolū oratio
nes. aut terſiora nobiliū vatū carmīa boni viri ſuſcipiūt:
ſed amplexantur etiā mediocres: legūt humili quoq; co-
thurno perambulantes. Deniq; meminerint obſecro detra
ctores inuidi et acerrimi lingue nr̄e cenſores. mutari cum
tēpibus genera dicendi: nec ſtatim deterius eſſe qd̓ diuer
ſum eſt: vicio autē malignitatis hūane vetera ſemp̱ in lau
de. p̄ſentia in faſtidio eſſe. Satis conſtat nec ciceroni qui
dem obtrectatores defuiſſe: quibus inflatus et tumens.
nec ſatis preſſus. ſupra modū exultans. et ſupereffluens
et parū antiquus videret̄. Crediderim ego nr̄ates phos
nō eloquentia inſcicia flexiſſe ab illa veteri et ornatiſſima
via ſcribendi: ſed tēpm. argumenti. et auditoꝝ condicōne
penſata formā atq; ſpeciem oracōnis mutauiſſe. Deſināt
igitur exteri laceſſere germanos: qui ſub plano et humi-
li ſtilo negocia quondā altiſſima ſanctiſſimaq; deſcripſe-
rūt. Quid ille cenſor latine lingue valla mordaciſſimus
dira et exacta ſua rep̄henſione ſibi peperit? q̄d aliud in-
quā laudis cōſequutus eſt poſt fata: q̄ꝫ ꝙ de eo iuxta me
rita. pulchrū illud epigrāma confictū. legitur et p̄dicatur
vbiq;? Nūc poſtq̄ꝫ manes defunctus valla petiuit. Non
audet pluto verba latina loqui. Juppiter hūc celi digna-
tus p̄te fuiſſet. Cenſorem lingue. ſed timet eſſe ſue. Demū
ut ad rem ipſam deſcendamus reuerende pater aliq̄d nos
ad tuū cathalogū addituri. a romanis pontificibus theu
tonicis exorſi ſumus: quos nō arbitramur non excellen
tes. et ceteris multis nō longe p̄ſtantiores. Reliquos de-
inde paſſim ſine ordine ita ut animū ſubierūt cōiuximꝰ:
breuitatis. cōfuſionis. indigeſti et illepidi ſtili a candido
lectore veniā poſtulantes. Uale elegantiſſime pater ordi-
nis diui benedicti vnicum decus et exemplar honeſti.
Ex ſp̄iris. xv. kl̄. octobris. Anno dn̄i. Mill̄. cccc. xcij.

# Proſtheſis ſiue additio illuſtrium germanoꝝ iacobi Uympfelingi ſletſtatenſis poſt cathalogū dn̄i iohannis tritemij abbatis ſpanhemenſis compoſita.

c Um nuper cathalogū illuſtriū viroꝝ germanie meis ꝑcibus inductus: reuerendus pater tritemius abbas ſpanhemenſis edidiſſet: eūq; ipm ad me trāſmiſiſſet: comperi deeſſe ſummos rhomane vrbis pontifices ex theutonicis aſſūptos et quoſdā alios meo iudicio memoria dignos et indolui: ſtatimq; induxi animū quatenas neglectos adiūgerem: et vel ſolis noībus poſteritati cōmendarem. Tritemius etem̄ noſter pientiſſimus pater hoc ꝓpoſitū me conſcio dudum aſſumpſerat. nullū penitus ſuo cathalogo inſerere: niſi cuius et tp̄a vite et opuſcula ingenij certa ſibi memoria innotuiſſet. Ego vero qui germanū quēpiam non ſine ſingulari erudicōne ad faſtigiū ſummi pōtificatus aſſumi potuiſſe crediderim: q̄uis opa ad nos coꝝ nō ꝑuenerint: nequaq̄ illos ꝑtranſeam.

Tephanus igitur papa octauus ex germania natus non eſt cenſendus abſq; ſingulari doctrinarū et virtutū excellētia. in ſanctiſſimū romane ſedis culmē ſublimari potuiſſe: q̄uis romanoꝝ tyrānide vexatus ut nihil magnificū aut ꝑclarum. memoria ve dignū agere poſſet. aduerſam ſibi fortunam expertus ſit cum dolore. Huius quoq; meminit ſebaſtianus murrho colmarienſis de virtutibus et magnificentia germanoꝝ. Claruit ſub ottone impatore primo Anno dn̄i. Milleſimo. dcccc. xlij.

Regorius papa quintus genere ſaxo ſtatutis ordinatiſq; romani imperij electoribus (quibus imperatoris electio irrefragabili ꝑpetuitate cōmiſſa eſt) mirifica prudētia ſua ſacroſancto romano imperio feliciter atq; ſalubriter cōſuluit. veritus

aliquādo prolem ab auitis patrijſq; virtutibus degene-
rare poſſe. Claruit ſub ottone tercio. Anno dñi. dcccc.xcv

Clemens papa ſecūdus ſynderus antea vocatus bambergenſ epus. heinricū ſecundū coronauit. Qui romanos in verba ſua iurare coegit pontificū electioni ſe nunq; interfuturos: optimū et ſaluberrimū decretū a pontifice et principe romanis (vtroq; licet theutone) inſtitutū. Claruit ſub heinrico tercio. imperatore ſecundo. Anno dñi. Milleſimo. xlvij.

Leo papa nonus alſaticus natione ex comitibus de egeſhem. ſanctitate clarus. prius bruno epus tullenſ monachus diui patris benedicti. Uocem e celo audire meruit. Ego cogito cogitationes pacis et nō afflictionis. Et de hoc in cathalogo ſuo tritemius noſter mentionē fecit. Et ſilr ſebaſtian9 murrho. Claruit ſub heinrico tercio. Anno dñi. Mill. xlviij.

Victor papa ſecūdus gebhardus ante vocatus. eps eyſtetenſis. magnā ſynodū florentie habuit: in qua multos epos ꝓpter ſymoniā et fornicationem damnans depoſuit. Hic optime rexit et reformauit clerū: et multa bona fecit atq; cōſtituit. Claruit ſub heinrico tercio. Anno dñi. Milleſimo. liiij.

Stephanus papa nonus fredericus ante vocatus: monachus ordinis diui patris benedicti. ſtatim curauit ut mediolanenſis eccia que a romana ducentis fere annis ſe ſubtraxerat: nūc demū eidē obtemperaret ut vere omniū eccleſiarū parenti. Claruit autē ſub heinrico huius noīs tercio. Anno. Mill. lvij. Et tantū de romanis pontificibus ex noſtratibz aſſumptis. iam de reliquis in cathalogo obmiſſis quantū nobis cōſtare potuit breuiter aliquid pſcribamus.

Bruno inceptor ordinis carthuſienſis ex colonia agrippina oriundus: vir ſanctus et clariſſimus. tum phus tū theologus: ſcholariū pariſienſium rector et moderator. cum in gallijs legendo diſputando

et ſcribendo excellentiſſimus haberetur . relicto ſeculo et
pompis eius cū ſeptem viris doctiſſimis in heremū car
thuſie ſeceſſit : ibiq; monaſterio extructo hūc ipm ordinē
feliciter incepit et inſtituit. Ex eius diſcipulis fuit vrba-
nus papa ſecundus. Claruit autē bruno circa annū dñi
Milleſimū octogeſimū quintū.

Ugo de ſancto victore pariſieñ. natione germa-
nus oriundus ex ſaxonia fuit. Unde nr̄is meri-
to cōnumerandus eſt. Qui quanta ſcripſerit: in
cathalogo de ſcriptoribus eccleſiaſticis tritemius noſter
nō tacuit. Claruit autē eodē tpe quo diuus bernardus
abbas clareuallis. Anno dñi. Mill.c.xx.

Ohannes ex turghem ſueuie vico oriundus pri
mū eyſtetenſ. deinde argentinenſ epus. vir oīm
tum diuinarū tum humanarū lr̄arum doctiſſi-
mus ſagaciſſimuſq; non ſine memoria et laude tranſeun-
dus eſt: quāuis nihil ſuoꝝ ad nos operū ꝑuenerit. Ui-
dimus bibliam et decretū que ſua manu ſcripſit: que ho
die in molſheim extant. Mortuus eſt Anno domini.
Milleſimo.ccc.xxviij.

Ohannes buridanus phus maximus. primum
in gymnaſio pariſienſi phiam multis annis glo
rioſe docuit: ac deinde in vniuerſitate wieneñ in
auſtria mltos in eadē facultate nō ſine admiratione oīm
erudiuit. Scripſit inter multa ingenij ſui opuſcula. Que-
ſtiones ethice ariſtotelis. ſolidas. veras et ꝓfundas. teſte
iohannis de gerſon. Cetera multa compoſuit nobis iam
non occurrentia.

Pollonius ſummus et ꝑſpicaciſſimus medicus
erffordenſ. qui in loco plurimis phiam docenti
bus ꝑpetua ſtipendia inſtituit que et magnifice
dotauit. Scripſit in ſua ꝓfeſſione nōnulla opuſcula: que
tamen in manus nr̄as adhuc minime venerunt.

Igiſmundus romanoꝝ impator. vir tum doctri
na tum multarū linguarum pericia inſignis: in

cõcilio magno conſtancienſi orationē latinā habuit om̄i religioſa pietate et vera chriſtiana religione plenā: quam auribus ſuis iohānes gerſon non ſine pia compunctione ſe letum audiuiſſe narrat. Nec dauidi ſanctiſſimo eum comparare dubitauit.

Ohannes dictus ſonneman. id eſt vir ſolis. ordi-nis fratrū beate marie ſemp̄ virginis de monte carmeli. doctor ſacre theologie. cōuentus caſſel-lenſis in haſſia. vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus et eru-ditus: et ſecularis phīe interpres egregius. ingenio ſubti-lis. ſermone ſcholaſticus. declamator ſermonū popularū facundiſſimus. Scripſit de decem p̄ceptis. li. i. Sup̄ ſym-bolo aploꝝ. li. i. De p̄paratione cordis. li. i. De ſup̄ſtitioni-bus. li. i. De contractibus. li. i. Caſus cōtra reemptiones cenſuū. li. i. Sermones de tēpore et de ſanctis. li. ij. Alia quoqꝫ nōnulla edidit: que ad noticiā meā non venerunt. Claruit in cōuentu ſuo caſſellenſi. ſub frederico impera-tore tercio. Anno dn̄i. Mill. cccc. lx.

Erardus de caſtris ordinis fratrū beate marie ſemp̄ virginis de monte carmeli. prior cōuentus magūtinen̄. vir doctus et eruditus. ingenio pre-ſtans. ſermone ſcholaſticus. vita quoqꝫ et cōuerſatione de-uotus. ac regularis obſeruātie cultor celeberrimus. decla-mator ſermonū egregius. Scripſit de paſſione dn̄i. li. i. Sermenes de tp̄e et de ſanctis. li. ij. Et alia nō ſpernen-da. Claruit ſub frederico imperatore tercio. Anno dn̄i. Milleſimo. cccc. lxx.

Regorius heymburgius nō mediocris iurecon-ſultus et orator. nec ab italis (maxime venetis) ſine laude orationū ſuarū abſceſſit. Quāqꝫ admi-rabile eius ingeniū non ſola quidē inani verboꝝ ventoſi-tate ſed etiā ſacratiſſimis legibus probe inſtitutū. alioꝝ inuidiam ſibi cōparauit. Sūma em̄ petit liuor: perflant altiſſima venti. Oracōnes et ep̄las varias ſcripſit p̄ defen-ſione ſigiſmūdi ducis auſtrie. Et appellationē a ſententia

ſummi pontificis. Et alia.

Ohannes ſymler argentinenſ iurecōſultus celeberrimus: ingenio p̄ſtans. eloquio diſertas. prudentia ſummus. multas ſcripſit elegantiſſimas ep̄las tum ad me tum ad alios. Et quedā alia nō aſpernanda opuſcula quibus viuax ſuū exercitauit ingenium. Moritur ſub Innocentio papa octauo.

Habes me nunc candide lector proſthesin quā promiſi additionem ſcilicet quorundā ingenio preſtantiū ad cathalogum inſignem reuerendi patris dn̄i iohannis tritemij abbatis ſpanhemenſis quo viros illuſtres germanie nr̄e maxima alacritate deſcripſit. Nec dubitamus reſtare pene innumeros quoꝝ nullā fecimus mentionem: eo ꝙ nobis eoꝝ et nomina et opuſcula penitus ſunt incognita. Sed vnuſquiſqꝫ poſt nos addat quos inuenerit: et gloria alemanorum ſemꝑ aucta om̄ibus exteris nota fiet. Nos enim quantum nobis licuit pro laude nationis noſtre animo promptiſſimo laborauimus. Explicit.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA MADRID
BIBLIOTECA DE FILOSOFÍA Y LETRAS MADRID

TR
Ca
Ill
Ge

TRITIEM

Cathalog

Illuſtrium

Germano

148